

B. N. M. 154.

n. 41, 15.

87. 53.

ad Schwede

II l  
320

D. A. B.

DISPUTATIO JURIDICA,  
DE  
ANTIQUISSIMA GERMA-  
NICARUM CIVITATUM  
PENSIONE,

Vulgò

X 1879850

**Orbede/**

Quam

CONSENSU MAGNIFICÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
IN ILLUSTRIS VIADRINA,

*Dirigente*

**DN. JOH. FRIDERICO RHETIO,**

JCTO, SERENISSIMO AC POTENTISSIMO ELECTORI

BRANDENBURGICO à CONSILIIS, ORDINARIO FACULTATIS

JURIDICÆ, DECRETAL. & JURIS PUBLICI PRO-

FESSORE PUBL. ORDIN.


*In Auditorio Juridico,*

Placido Eruditorum examini

Die . Julii Anno MDC LXXX.

Offert

**MAURIZIUS HEINRICUS DE VVEDEL.**



FRANCOFURTI AD VIADRUM.

Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.





gis  
inc  
voc  
stet  
gni  
len  
in  
me  
qua  
gno  
col  
est  
effa  
lau  
tia  
no





*Q. D. B. V.*

**H**abet hoc peculiare antiquitas, ut  
 in sui cognitionem ingenia trahat  
 optima; Quò enim quisque cœte-  
 ris præstare & solidiorem eruditio-  
 nem sibi comparare studet, eò ma-  
 gis antiquitatis gloria ducitur. Infantes fari  
 incipientes quos Natura & Indoles ad majora  
 vocat, intellectus rudimenta à fabulis, quas ob-  
 stetrices narrant, capiunt, usq̃ dum rerum co-  
 gnitione firmati in ardua magis penetrare va-  
 lent. Exilis plerumq̃ Eruditio reputatur, quæ  
 in præsentium cognitione subsistit & veterum  
 memoria destituitur, Nec Indoles Rei cui-  
 quam perspecta esse valet, qui originem ejusi-  
 gnorat. Non tamen eam adeo superstitione  
 colo, quasi id solum venerer, quod antiquum  
 est & hoc in ævo utilitatis expers; Non enim tam  
 effæta & lassa natura nunc est ut nihil amplius  
 laudabile pariat; sed præsentium rerum scien-  
 tiam sine antiquitatis vel originis memoria  
 non esse solidam. Justinianus Cæsar, cui in-

A 2

ter

PRÆFAMEN.

ter Romuli Nepotes, ut ipse fatetur, juris artem unice debemus, ut antiquitatis nihil in legum cognitione ignoretur, non semel inculcat; ab antiquis licet fabulis nolit prudentiam juris addisci, sed quid in ipsis rerum obtineat argumentis novisse, consultæ demum juris Philosophiæ esse statuatur. Et usu fori non raro venit, lites commodè definire haud posse, si rerum in controversiam vocatarum ignoretur origo vel antiqua memoria. In exempla excurrere Præfamen hoc non sinit, & cuiq; in publico versanti eadem sunt obvia. Testes sunt limitum, Dominiorum, Jctionum, pensionum, censuum materiæ, quam sæpe solorum terminorum aliquorum non fida memoria in decidendis litibus pariat difficultatem.

Condonandum quidem communi nostræ Matri Germaniæ est, quòd in investigando Rerū origines & antiquitates hæerere sæpe cogatur, & fateri se esse dubiam; Nonnullos etiam civitatum suarum non incuriosos pro historiis fabulas agnovisse & transmisisse ad posteros. Quæ enim de Urbium & Finium Germaniæ originibus ac antiquitatibus discordiæ, & rati-  
one


756

one Historiarum incertitudo: quæ apud solum  
 Goldastum ex partiû studio supposititia & con-  
 ficta pacis & belli sæpe instrumenta ac discor-  
 diarum non facile adeo finiendarum materies  
 Fatebatur id *Daniel Haiderus*, Rerum Germa-  
 nicarum admodum peritus in *actis Lindav*:  
*Der vier Dörffer oder Köllen Hoffe* f. 85. & 86. ver-  
 bis: Lindau hoc commune habet cum multis  
 civitatibus & aliis rebus innumeris, ut ortum  
 suum nesciat, orta tamen sit & manserit. Sed  
 inde haud deponendus animus, ac si rerum  
 Germanicarum origines investigari vel neque-  
 ant, vel investigatio nos dedeceat. Non pau-  
 ca sunt quæ nostra ætas ex profundis velut te-  
 nebris eruit & in Eruditionis solidæ ac fori sa-  
 lutem prodidit memoriæ. In hæc inspicien-  
 ti *Orbede seu Dhrbar* antiquissima Germanica-  
 rum civitatum pensio occurrit, & in Mar-  
 chia Brandenburgica ac Pomerania aliisque locis  
 hucusque exsolvendi census. Quæ vero ejus  
 origo, quæ indoles, quæ ejus jura, solertia licet  
 non exigua inqvirens ex antiquitatum monu-  
 menti ægre certus esse potui. Multi quippe  
 earum mentionem faciunt, indolem tangunt

PRÆFAMEN.

pauci vel nulli. Operæ pretium itaq̃ futurum  
autumavi in modum Disputationis Academi-  
cæ conscribendæ naturam ejus delineare. An-  
ceps quidem consilii & in propositi limine hæ-  
si, quod præeuntem in materia, quâ novisse  
datur, non habuerim; vicit tamen Ejus cui ob-  
temperare pietas jubet, jussus, & in optimum  
ac benevolum Lectorem fiducia, qui vitio ver-  
tere non solet juveni verum sedulo inquiren-  
ti, & quo majorum decus aliquod & indoles  
vocant modeste enitenti. Ingenii ostentandi  
causa hic nullus ducor; quam exiguum enim  
istud sit metiri me didici; & inde in materia  
intricata evolvenda si hæsitaverim alicubi, ve-  
niam facilius spero. Methodi loco quatuor  
capita sisto, cujus primum naturam Orbedæ  
continebit in genere, Secundum à quib9 Orbe-  
da antiquitus & nunc solvatur. Tertium qui-  
bus ista debita fuit olim, & hodie exsolvatur.  
Quartum quæ jura ejusdem sint, referent. Tu  
DEUS Optime propositum cedere jubeas  
feliciter!

CAP.



# CAPUT I.

DE

## Natura Orbedæ in genere.

### CONSPECTUS.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Cur de vi vocis Orbeda primum agendum.</p> <p>2. Derivatur ab Or, particula augente compositionem.</p> <p>3. Ejus augmenti exempla.</p> <p>4. Et à Bede pensionem censum Germanorum.</p> <p>5. Asferti ejus ratio.</p> <p>6. Ratione temporis dictum etiam <i>Mån Bede/ Herbst-Bede/ &amp;c.</i></p> <p>7. Vel etiam à materia in qua praestatur Bede-Münze.</p> <p>8. Non vero dicitur à <i>Borbitten/ ac si conditionis Ecclesiasticae esset.</i></p> <p>9. Asferti ejus ratio.</p> <p>10. Dicitur itaq; Orbede quasi prima seu antiquissima pensio in ista regione.</p> <p>11. Vocatur alicubi Orbar.</p> <p>12. Ejus exemplum ab urbe Francofurtensi ad Oderam.</p> <p>13. In diplomate allegato Orbar vocari Orbedam multi volunt.</p> <p>14. Non desunt tamen qui contrarium asserere conantur.</p> | <p>15. E. eo in loco aliud Orbar aliud Orbede fuisse videri posset.</p> <p>16. Dubium auget quod Autores vix Orbar pro Orbede expresse supponant.</p> <p>17. Ejus exemplum ex Besoldo.</p> <p>18. Aliud exemplum ex Matthia Stephani</p> <p>19. Hic tamen non asferit Orbar idem esse ac Orbede.</p> <p>20. Orbar vox Vandalica esse videtur &amp; sic Orbede cum terras quasdam incoluerit à Vandalis corrupta.</p> <p>21. Universalis tamen assertio inde inferrinequit. Ex locorum &amp; urbium moribus asstimandū an Orbar Orbede dicatur an differat.</p> <p>22. Asferti ejus ratio.</p> <p>23. In dubio Orbar Orbede denotare statuendum est.</p> <p>24. Vocatur etiam ab aliis Urbede, quod cultiori lingua vocabulum efferri voluerint.</p> <p>25. Adducitur ejus exemplum.</p> <p>26. Recensentur verba diplomatis.</p> |
|---|--|

27. Com.

CAP.

27. Confirmatur alio exemplo ex annalibus Marchicis.
28. Adducuntur ista eum in finem ne quis opinetur Orbede & Urbede esse diversa.
29. Num Orbeda dicatur ab aure prebenda.
30. Ejus tamen asserti nullum apparet vestigium ex historia.
31. Ratio cur inde hoc tributum probabiliter dici non potuerit.
32. Orbede Descriptio.
33. Cur generis locum pensio obtineat.
34. Potuisset census dici sed non sine tropo.
35. Non obstat quod ipsum definitum metonymiam sapiat, & sic genus ejusdem condit. non respuisset.
36. Sed cum magis recepta sit vox pensio ea significatione nihilominus aptior hoc sine visa est.
37. Reliqua que Descriptionem Orbede absolvunt in sequentibus capitibus tractabuntur commodius.

I. **D**E NATURA ORBEDÆ acturum vocabuli s. Vocis vim enodare prius oportet quam Rei tractationem aggredior; Nomina quippe rerum notæ sunt, quorum securi initio, rationum in decidendo non raro jacturam faciunt postea.

2. Dicitur vero ORBEDA à VOCE OR s. UR & BEDE. Prior particula augens est significationem in compositione, sicuti in dictionibus Uralt/ Urgicht / Art. 47. & 91. Const. Crim. Caroli V. Urphede art. 157. ejusdem Constit. urthätlich/ urplöglich quasi præcipuum, primum, antiquissimum &c. Dr. Schottelius in der Teutschen Sprachkunst lib. 2. cap. 6. von der Vergrößerung num. 2. pag. 242. posterior ab antiquo Germanorum vocabulo Bede vel Bethe / quod ea significatione denotat censum, pensionem, derivatur. Mundius de muneribus & honoribus cap. 2. num. 45. Besoldus in Thesauro practico. voce Bethe.
4. Cum enim Germanorum populi antiquissimi Principibus suis vel sponte vel rogatu istorum ex fructibus certam portionem offerrent, quam Bede appellarunt. Tacitus de



ORBEDÆ IN GENERE.

*morib. Germ. cap. 15. verb: mos est civitatibus &c. in hunc usq;*  
 diē quoq; pensiones vel census annui prædiis vel personis vel  
 proventibus aut etiam patrimoniis impositi Bede / Beht oder  
 Bethe vocantur *Lehm. in Chron. Spir. l. 2. c. 44. verb: Etliche* 6  
*wollen/es habe das Wort Tribut den Verstand als igo das Wort*  
*Beth. Das ist ein gewiß doch gering Geld / damit der König*  
*die Bauer Güther behafft zc. ratione temporum verò quibus*  
*præstantur Mån = Herbst = Bede / Meischnerus Tom. 3. Decis.*  
*p. num. 65. fol. 152. vel ratione materiæ ex quâ l. in quâ pen-*  
 duntur Beth = Garben / Beht Korn / Beht Wein. *Martinus Mage-* 7  
*rus de Advocatia Armata. c. 7 n. 213. Bedemünge qualis in Duca-*  
 tu Caminensi adhuc præstatur, vocantur; nullo modo ve- 8  
 ro nuncupatur à Bitten oder Borbitten / vel quod Pensiones  
 istæ Ecclesiasticæ sint & personis Ecclesiasticis debeantur.  
 Hinc cum Anno 1654. Status Provinciales Ducatus Electo- 9  
 ralis Caminensis Statu Ecclesiastico cessante, etiam der Bede-  
 Münge abolitionem submissè desiderassent, in Recessu Pro-  
 vinciali ejus anni II. Nov. Serenissimus ac Potentissimus  
 Dominus ELECTOR clementissimè respondit §. ejusdem  
*Recessus So sollen auch verb: die Bischoffs Pacht soll nebst dem*  
*Bischoffthum nun und zu innerswârenden Zeiten aboliret seyn etc.*  
 & paulo post: Daß man aber auch die Bede-Münge sub præ-  
 textu qvalitatis Ecclesiasticæ aufzuheben bitten thut / darinn  
 können Wir der Stände petito nicht deferiren / theils daß der  
 gleichen reditus Uns als Weltlicher Obrigkeit nicht allein in Pom-  
 mern / sondern auch andern unsern Landen ohne Wiederrede ent-  
 richtet wird / theils auch daß die BedeMünge keinen respect auff  
 die Geistligkeit nunmehr hat / sondern eine Weltliche Hebung ist.

Sic Orbede vocatur prima pensio, vel quæ primum in 10  
 Germania aut in Regione ista, qua meminisse datur, præ-  
 stita est.

In Diversis Germaniæ Territoriis eam vocant vocabulo II.

B

Orbar

sine  
 defini-  
 sic  
 uisset.  
 vox  
 lomi-  
 sem-  
 tibus  
 umo-  
 vim  
 ag-  
 vo-  
 ra-  
 Pri-  
 ne,  
 rim.  
 glich  
 otte-  
 gröf-  
 rum  
 otat  
 ono-  
 ethe.  
 ibus  
 am-  
 us de  
 mo-



10  
Orbar uti in nonnullis urbibus & Vicis Marchiæ Branden-  
burgensis & Pomeraniæ usu venire observare est.

12. Exempli loco adduci potest, cum Ludovicus Ro-  
manus Brandenburgensis Marchio Anno Domini 1351.  
Sabbatho infra octavam Epiphaniæ ob rem strenue ge-  
stam occasione figmenti de Woldemaro aliquo gratia,  
quodam Francofurtenses cis Oderam afficeret, hunc in mo-  
dum elocutus est: verbis in diplomate conceptis: *Ut pro  
dignis condigna correspondeant premia, ipsis consulibus, civibus u-  
niversis & singulis Civitatis Franckenfurtensis dedimus & dona-  
vimus perpetuam libertatem & absolutionem sue annue pensionis  
qua Orbar vulgariter nuncupatur.* Ac paulo post in eodem di-  
plomate: *Quod omnimodo perpetuis temporibus eidem Consu-  
les & Cives universi & singuli, presentes ac posteris privilegio me-  
re libertatis gaudeant, & ab omni pensione annua, qua ut præ-  
mittitur Orbar dicitur, in quam prius dicto Germano nostro Lu-  
dovico, nobis, nostris heredibus & successoribus tenebantur, sint  
omnino liberi & absoluti penitus.*

13. Hoc nomine Orbar Orbedam ibi denotari apud mul-  
tos opinio invaluit; Non deesse tamen ab aliis mihi relatum,  
14. qui putant etiam post tempora dicti Diplomatis Regeſta ex-  
tare, in quibus videri posset Orbede nomine Civitatem istam  
15. adhuc teneri; ex quo Orbedam eodem in loco aliud fuisse  
oporteat quam Orbar. Dubium auget quod Autores, qui  
16. nominis Orbede mentionem faciunt, qua novisse mihi fuit,  
expresse Orbar Synonymum Orbedæ non efficiant; Sed a-  
17. lio in loco der Orbede / alio in loco Orbar describant. Veluti  
videre est apud *Besoldum in Thesauro Practico* vocibus *Bede*  
18. & in supplemento ejus *Orbar. Matth. Stephani* quidem de  
*lectione lib. 2. p. 1. c. 7. num. 49 & 50.* asserit se observasse, quod  
19. Principes Imperii in foundationibus civitatum tria sibi refer-  
vare soliti fuerint: *Die Orbar / Ictionem & jus Patronatus;*

Sed

Sed quid Orbar vel quas præstationes indigitaverit, an idem quod Orbede sit præterit. In eo omnes, quos evolvi, convenire mihi visi sunt, quod Orbar vox Vandalica sit, & probabile est Vandalos, cum terras eas occuparunt Marchiã sc. nostram & Pomeraniã partem uti vocabula alia, sic Orbede vocem corrupisse & Orbar appellasse, eamq; appellationem ad posteros esse transmissam; certum tamen & universale aliquid inde inferri posse non auctore, sed Civitatum, Urbium & locorum mores ad hoc definiendum esse inspiciendos. Sicut itaque, uti supra assertum, in Marchia nostra à quibusdam pensio Orbar dicta obtinuit, in aliis Orbedæ nomen tenet adhuc, num Orbar eam pensionem quæ hic Orbeda fuit dicta significaverit, ex documentis & moribus cujusq; loci existimandum est. In dubio, cum duplici pensione loca talia Germaniã teneri odium in jure sapiat, quod nec extendendum, nec eam in rem præsumendum, facile, civitates quæ Orbar debent vel quibus Orbar remissum, ad Orbedam non teneri opinamur.

Urbede vero non Orbede vocatur tunc demùm cum lingua Marchiã vel Pomeraniã consveta antiquitus incultiore, ut vulgo creditur der Hochteutschen Sprache / transit, & stylo curiarum invaluit, antea & nunc multis locis Orbede audit. Exemplis id probatum dare, si juvat, non pauca præsto sunt. Anno Christi 1451. Serenissimus Princeps Marchio & Elector Fridericus Priori & Conventui Ordinis Carthusiani Domui Misericordiæ Dei tunc sacrae hic Francofurti, nunc secularisatæ pro mille aureis Rhenanis Orbedam è Strausbergensi Urbe & curia quotannis debitam certis conditionibus cessit, & in hujus cessionis instrumento non solum, sed etiam ipse ejus urbis Senatus in cautione qua dicto Priori eodem anno de certa solutione cavet voce Orbeda usi sunt. In majorem fidem verba ex ipso diplomate

CAP. I. DE NATURA

quod in Archivo nostro Academico asservatur recensere hic non grave erit: Serenissimus enim & Potentissimus Elector Joachim II. gloriosissimæ memoriæ (quod Academia hæc devotâ ac gratâ memoriâ perpetuo recolere habet) cum omnibus bonis ejus Carthusianæ Domus Orbedam illâ & instrumenta eo facientia clementissime transtulit. verba concepta ita se habent: Wir Friedrich von Gottes Gnaden Marggraff zu Brandenburg/des H. R. Reichs Erk-Cammerer und Burggraffe zu Nürnberg/bekennen vor Uns/unsern Erben und Unsern lieben Brüdern Hrn. Johansen Hrn. Albrechten und Herren Friederichen Marggraffen zu Brandb. in diesem Unsern offenen Brieffe vor allermänniglich/das Wir mit wolbedachtem Muthe mit VolWorte und Rath Unserer Râthe recht und redelich in rechter Wiederkauffß-Weise verkaufft haben/in Krafft dieses Brieffes verkauffen den Ehrwürdigen und Andächtigen Herren Herman Prior und dem ganzen Convent und Orden des Hauses Barmherzigkeit Gottes Carthäuser Ordens/vor Unser Stadt Franckfurt gelegen/die isunder seyn und in zukünftigen Zeiten Prior und Convents Herren oder Bruder werden mögen / Vier und dreyssig Schock Groschen Märckischer Landes Wärunng/acht Pfennig vor einen Gr. rechten Jährlicher Zinse und Rente in Unser Stadt Rathhause Straußberg/als die Orbede von der ganzen Stadt vor Tausend Reinische Gulden.

Hic & in reliquis ejus anni instrumentis vocatur Orbede: Sequentis verò ævi Historici qui ejus mentionem faciunt hoc nomen Orbede plerumq; extulerunt Urbede. Inter quos *Andreas Angelus in Annalibus Marchicis lib. 3. f. 222* verb: Am Sontage nach Gregorii schrieb Marggraff Friedrich Churfürst zu Brandenburg an den Rath zu Straußberg das die Vier und dreyssig Schock Jährlicher Zinse/die Urbede so sie noch alle Jahr geben müssen/hinfort denen Carthäuser München zu Franckfurt an der Oder solten gegeben werden. Plura ejusmodi adducere non

non vacat; ista adducenda videbantur, ne quis opinetur Orbede & Urbede esse diversa. Fando quoque accepi ab aliis: Orbedam vocari quasi ab aure præstanda das Ohr darzu biethen & quod subditi soliti sint certam pensionem quotannis exsolvere Principibus suis, ut clementer audiantur. Sed apud nullum autorem vel in historia aliqua vestigia ejus, quam solertissime licet inquirens, reperire valui. Conditio quoque eorum temporum & Regiminis forma in populo Germanico non tulit, ut certum censum pro admissione apud Principes solverent, verum cum suadendi magis quam imperandi autoritate adhuc præessent isti, quisque princeps nullo invitatus ad id peculiari munere quam promptissime quemque è populo audiebat vel *Tacito de moribus Germanorum* teste. Sicuti autem nemini dissentienti à me controversiam moveo, sic reor ingratum nulli fore modeste ab eo dissusse.

Si Orbede definienda esset, tali terminorum nexu efferreretur: Quod sit antiquissima Germanicarum Civitatum nunc Urbium & Vicorum quorundam in pecunia vel quantitate ex fructibus pensio in signum & recognitionem superioritatis Principibus vel quibus Principes eam concesserunt exsolvenda.

Generis loco pensionem posui, cum propius magis huc conducens non deprehenderim, & in antiquis documentis expressis verbis Orbede pensionem vocari observaverim, quemadmodum ex supra allegato Ludovici Romani Marchionis diplomate adductum fuit. Census quidem dici potuisset, quod non raro is pro tributo & pensione publica quacunque in recognitionem universalis Domini & in auxilium & tuitionem Reipublicæ, quæ Principi incumbit supponatur *Rubrica & L. 2. C. sine censu vel reliquis fund. compar. non poss. juncta L. 1. C. si propter pensitat. publ. Franzkiss*

14  
 lib. 1. Resolut. Resolut. 1. n. 8. verum quoniam in ista signifi-  
 catione metonymice sumitur cum propriissime æstimati-  
 onem patrimonii cuiusque denotet *Franzkius de Laudem. c.*  
*4. n. 10.* & tropicum genus non commode adhibetur, pen-  
 sionis vocem aptiorem hoc fine reputavi. Dixeris ipsum  
 34 definitum *Orbede* metonymice pro pensione aliqua supponi,  
 sc: pro pensione quam solverint & solvunt subditi vel urbes  
 earumq; curiæ Domino Territorii, rogatu vel placida indicti-  
 35 one & sic non inconcinne metonymicū genus adhiberi potu-  
 isse. Ast cū ea significatione jam diu & ultra Secula aliquot hoc  
 vocabulum *Orbede* pensio dicatur, quod autem censusalicubi  
 vocetur eodem modo ut pensio, non succurrat, nihilomi-  
 nus vocabulum pensionis magis idoneum arbitror. Quamvis  
 in patrocinium esse videretur ei, qui per censum definiret *Or-*  
*bedam*, quod censum pecuarium dixerint veteres Ger-  
 mani *Biehe Zins* sub Regibus Germaniæ *Christoph. Leb-*  
*mann. in Chronic. Spirens. lib. 2. cap. 44. pag. m. 192.* sub titulo  
*Biehe Zins* verum cum dictiones istæ ad eam ætatem qua *Or-*  
*bede* viguit non attigit, exinde eo quoq;ve non attento pensio-  
 nis vocem generis vice hic retinere maluimus.

Potuisset etiam videri appositum huic definito genus  
 esse *tributum* cum tributi nomen (quod ab intributione,  
 vel quod militibus tribuatur dictum fuit initio, & nunc  
 dicatur *l. 27. ff. de Verb. Sign.*) omne id initio denotaret quod  
 liberè conferebatur vel contributebatur à Romanis domi-  
 manentibus, ut eò melius moles bellorum & qui militiam  
 sequebantur, sustineri potuerint, *Gædæus de Verbor. Signif.*  
*ad d. l. 27. num. 14.* Postea demum in necessitatem vi co-  
 actionis abierit. Ast cum tributum vel contributum ori-  
 gine Romanum sit, & quoniam Regimen Romanorum ob  
 vix tolerabile onus istud multo odio apud Germanos ex-  
 posuisset, hi non solum nomen sed etiam rem odio habe-  
 rent,

rent, adeo ut Franci Reges à suis exsolvi id noluerint, *Turr. Histor. Franc. lib. 7. cap. 15.* Orbede verò origine Germanicum vocabulum & pensio lenis nunquam odio habita fit, generis loco non commodè id poni opinati sumus. *Lebmannus in d. Chron. Spirensi* arbitratur quidem, quod Germanorum, quidam putent tributum significare idem quod supra *Bethe d. l. 2. c. 44. p. 188. verb: Etliche wollen / es habe das Wort Tribut iso den Verstand / wie iso das Wort Beth / etc.* Sed licet idē significaret hodie, non evinceretur inde, illud æquè commodè generis loco Orbede esse ac pensionem cum tributum in signum superioritatis nunquam fuerit exsolutum uti Orbede. Sic apparet quoque Contributi vel Tributi vocem, quam adhuc subditi in Germania non adeo amicam reputant, vocabuli & Rei origine non Germanam sed Romanam, usu tamen factam esse indigenam.

Reliqua hujus descriptionis differentiam specificam, 36 absolvunt; Desumpta quippe ista est à subjecto, forma, objecto sive materia in qua, & fine. Subjectum civitates olim nunc Urbes vel Vici sunt. Non prout modo civitas pro Urbe vel Vico supponitur sed consociatio civilis alicujus imperii, singulæ enim nationes in Germania suas habuerunt Respublicas ab aliis penitus separatas & ante Carolum Magnum Cæsarem ut in commune consuluerint adduci haud potuerunt *Dn. Ludolph. Hugo in Diss. de Statu Regionum Germaniæ cap. 1. n. 1. princip.* Hæ cum Principes alio sustentari modo quam ex subditorum collatione vel naturali instinctu nefas ducerent, ex frugibus & armentis ultro ac viritim conferebant initio in submissionis indicium. Quod isti Tacito teste pro honore acceptum etiam in necessarios usus impendebant. Patrius quippe genius & mediocris admodum vivendi modus tunc non adeo lauta & ampla desiderabat impendia; Accum præter spem forte aliquid ultra sponte colla-

collatum Principibus infumendū esset placida indictione vel rogantes in usus insuper aliquid à civitatibus suis exigebant. Quæ uti tunc in obsequium consuetudine magis quam lege prompti erant, ita ad conferendum id quod desiderabatur, non fuerunt difficiles. Hoc ad posteros translātū pensionis genus Bede dictum fuit & in memoriam quod antiquissima talis Germanorum populorum fuerit pensio in hunc usq; diem Orbede sive prima vel antiquissima pensio est appellata, de quo jam supra. Quod autem Bede sic dicatur pro ea pensione quæ rogatione vel placida indictione Principum fuit soluta, metonymia effecit, etiam Romano populo in simili non inconfveta, & in census vocabulo antea jam tum demonstrata. invaluerunt quidem præterea in Germania pensionum modi alii qui etiam Bede vel Beth appellati sint, etiamsi coactione aliqua fuerint exacti, sed semper ab hac pensione quam sponte in honorem vel benevolentiam exsolverunt subditi distincti, pluribus id firmat *Christophorus Lehm. in Chron. Spirensi l. 2. c. 17. versu: Es ist auch den Teutschen von uralten Zeiten pfleglich herkommen daß ein jeder Untertan* & paulo post: *In massen diesen Brauch Kaiser Heinrich der Erst mit diesen Worten angedeutet: Quod si propter lenitatem & mansuetudinem Comitis sui eidem Comiti honoris & obsequii gratia quippiam de rebus suis exhibuerunt non hoc eis pro tributo aut censu computetur aut Comes ille vel successores hoc in consuetudinem presumant. Sic civitates olim viritim hanc pensionem solvebant, nunc pleræque Urbes ac Vici non viritim sed in certa summa præstant; Causam ejus sequentia referent. Hoc formæ loco esse potest. Objectum s. materia in qua, pecunia vel redditus ex fructibus sunt; Cum enim numm9 nondum invenus esset, fructus & res uti in permutationis usum, sic in pensionis & census vices veniebant; Hodie plerumque in pecunia numerata*

rata  
ject  
mar  
rum  
Mor  
batu  
pui  
Ger  
Sup  
cept  
vaca  
bus

A

1. Qu  
ma  
sui  
2. In e  
fue  
eri  
3. Pro  
em  
4. Aff  
mo  
5. Eaa  
6. Va  
fac  
7. Qu



ORBEDE IN GENERE.

rata præstatur, quod exemplis edoceri potest affatim. Subjectum quod seu qui præstant Orbedam antiquitus Germaniæ civitates seu confociationes Nationum erant, quarum incolæ & cives viritim eam conferebant. Tacitus de Mor. Germ. verbis mos est civitatibus. Subjectum cui exsolvebatur, civitatum istarum Principes seu nobilitate præcipui fuerunt Dnus Rudolph. Hugo in tract. de Statu Regionum German. t. 1. n. 1. verb. quibus princip. Finis est, quod in signum Superioritatis principibus, & simul quod pro honore acceptum necessitatibus subveniret. Quæ deducere hic non vacat nec methodi ratio finit, sed in sequentibus Capitibus ordine suo explicabuntur ad modum propositi, Nunc fit

CAPUT II.

A Quibus Orbedam vel Orbethe

Olim & nunc solvarur.

CONSPECTUS.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Quod gentibus omnibus, hoc Germanis solenne fuit, ut principibus suis aliquid conferrent.</p> <p>2. In eam collationem adeo proclives fuerunt, ut nobiles quoque non fuerint exempti.</p> <p>3. Probabile est sacerdotes fuisse exemptos.</p> <p>4. Asserti ratio ex Lehmanni testimonio.</p> <p>5. Eadem ex Tacito adducitur.</p> <p>6. Validum telum populos mansuefacere gentilis etiam Religio fuit.</p> <p>7. Quoniam supra Duces &amp; Principes</p> | <p>venemti sunt sacerdotes Germani, dubio procul ab hac præstatione quoque eos exemerunt.</p> <p>8. Ratio quare Nobiles tunc non fuerint exempti.</p> <p>9. 10. 11. 12. Suppeditantur adhuc alia.</p> <p>13. Communiter omnes ista ætate bellum amabant, rei familiaris curam senibus, imbecillioribus, vel fæminis relinquebant.</p> <p>14. 15. In initio pro conditione istorum temporum hac præstatio seu Orbedam tenuis fuit.</p> <p>16. Cur Tacitus hujus pensitationis</p> |
|--|--|

C

intu-



- intuitu saltem frugum & arborum mentionem fecerit.
17. 18. Ratio est quod interiores, quos vocat Germanos respexerit, vel primam eorum aetatem omnis commercii rudem.
19. Trans-Rhenani vero nummi notitiam & usum habebant.
20. Ejus argumentum.
21. Caesares non semper imagines proprias nummis insculperunt.
22. Pleraque gentes nummorum certa signa & typos habebant.
23. Sic etiam Germani certis signis gaudebant.
24. Probaverunt illi pecuniam veterem & diu notam.
25. Hi tales nummos loco praestationis hujus vel Bedae obtulerunt.
26. Sic ex idiotismo linguae Orbethae fuit quasi eine Erbietung.
27. Et exempla quoque dici possent quibus probabiliter Ur vel Orbethen idem esset ac Erbieten.
28. Quamvis in re tam antiqua difficile sit de idiomate linguae Germanicae aliquid certi statuere.
29. Exemplum linguae Franconicae Lehmannus in Chronico Spirensi habet.
30. Verum id quoque suspitione non vacat.
31. Cultior licet aetas sub Francicis imperatoribus fuerit idioma lingua tamen agere expresserunt.
32. Praeter voluntariae collationis modum vulgo de Bethe oder Urbethe aliud tributigenus ea aetate ignorarunt.
33. Jodocus Willichius itaque in Commentar. suo ad Tacit. quando aliarum pensitat, mentionem facit, non hanc sed aliam aetatem sequentem respexit.
34. Aserti ratio.
35. Ex vero tributa demum in Germania invaluerunt cum se invicem populi subjugarunt, vel ipsi subjugati sunt ab exteris.
36. Qua occasione fuerint imposita.
37. Sic spontanea ista oblatio vulgo die Orbethae tantum non penitus exolevit.
38. Cis Rhenani libertatem diutius retinuerunt, sed a Romanis subjugati eandem sortem experti sunt.
39. Recensetur occasio.
40. Eandem fortunam sub Carolo Magno Saxones Thuringi &c. experti sunt.
41. Nam & Testamenti factio iis adempta perhibetur. Pedetentim tamen Saxones illam libertatem receperunt.
42. Usque dum Henricus Auceps eos a Francico tributo penitus liberavit & sequentes Imperatores plena libertati eos restituerunt.
43. Quomodo sint vocati die Freyen Sachsen.

44. Suevi Semnones & qui populus Marchicus nunc, liberiore conditione fruti sunt.
45. Unde contigisse putatur quod in terris Marchicis & paucis aliis die Orbethæ adhuc exaudiatur, in Saxonia verò & aliis cesset.
46. An Orbeda unquam dicta sit precaria propriè.
47. Negatur & additur ratio.
48. Cur non amplius viritim hodiè sed ex patrimoniis curiarum in certa quantitat. præstetur Orbeda.
49. Adducenda sunt rationes.
50. Quanam ille sint.
51. 52. 53. Rationum rationes.
54. An ex censu vulgo Schoß in Marchia Orbethæ præstanda sit, universaliter tuto asseri non potest.
55. Antiquius quippe est quod Curia civitatum in se Orbedam susceperint, quam census seu der Schoß in Marchia invaluerit.
56. Adducitur obstaculum.
57. Sed num ex eo universale assertum formandam sit Autor ab aliis certus fieri non potuit.
58. Adducuntur rationes.
59. Autor non contradicendi sed veritatis indaganda studio se asserturum hic protestatur.
60. Idem facturum qua doctrinalis interpretatio finit.
61. Modis recensitis quod initio fuit

eine Erbiethung / postea factum fuit ein Gebot.

62. Verum licet prima ista pensitatio in speciem ordinarii oneris abierit, nihilominus simul modus alterius spontaneæ oblationis inolevit.
63. Adducitur exemplum.
64. Aliud, ratione subsidii charitativi.
65. Imo modus quo pleriq; Principes & Status Germanici in dietis provincialibus subditi ad extraordinaria quaedam onera præstanda invitantur, spontaneæ talis oblationis speciem refert.
66. Quod autem Principes in dietis Provincialibus saltem cum Nobilioribus membris deliberent, id Francici regni ætatem præfertorem & sequentem respicit, non Germanorum primam ætatem.
67. 68. Ejus rationes.
69. Quo tempore contigerit circiter cum patrimonia Curiarum & universitatum Orbethæ præstationem susceperunt & Nobiles eorumq; pagi ab ista præstatione sunt liberi.
70. Oppida & urbes propriè dictas Germanos primos non habitasse ex Tacito constat.
71. Ptolomeus quidem πολεων mentionem facit, probabiliter tamen eo nomine vicus intellexit.

72. A Seculo quinto ad nonum usque pauca in Germania, de qua agitur, exstructa perhibentur urbes.
73. Recensentur tamen aliqua.
74. In Saxonia nec Caroli Magni tempore multae urbes fuerunt.
75. Ejus ratio.
76. Sed quod de paucitate Urbium dictum fuit de Germania quam vocant Magnam exaudimus.
77. Quando itaque antiquior memoria urbibus multis in hac Germania parte tribuitur, vel falsa vel erroris suspecta est assertio.
78. Et hinc quod urbium patrimonium suscepit orbem s. orbem ad Henrici Aucupis aetatem refertur.
79. 80. Ejus asserti rationes.
81. Sic etiam distinctio inter Bürger & Bauren invaluit.
82. Notatur velut obiter Bürger & Bauren ejusdem status & conditionis non esse.
83. Urbes sub Saxonibus Imperatoribus quadruplicis conditionis inhabitatores habuerunt.
84. Adelingi qui fuerunt.
85. Qui Freiburgeri dicti
86. Hi pariter juris cum Adelingis fuerunt.
87. Qui Freilingi appellati sint.
88. Adelingi ex belli studiis & agricultura vixerunt.
89. Freilingi Mercatura invigilarunt.
90. Fuerunt etiam qui Pfsalburgeri dicti.
91. Circa nominis ejus derivationem multum variant Doctores.
92. Ex contextu tamen A. B. colligitur eo nomine cives fallaces fuisse intellectos.
93. Quae conjectura ex Capit. Caesarea Leopold. Art. 9. juvatur.
94. 95. Omnes cives urbium infimae sortis vel cum rusticis in contemptum comparandos non esse ex eadem Capitul. Leopold. patet, & ejus ratio.
96. Idem probatur ex Instr. Pacis Osnabrug.
97. Ex quibus rationibus firmari etiam potest quod Mevius p. 5. dec. 292. statuit de Nobilibus in genere.
98. Quod Nobiles eorumque pagi à prestatione Orbedae exempti sint ratio.
99. Rationis Ratio.

I, **Q**uod populis & Gentibus pene omnibus consuetum fuit, ut principibus & Magistratibus suis naturae velut ductu, in compensationem curae & onerum subeundo-

eundorum quisq; pro facultatibus conferrent. *Lesius de*  
*Justit. & Jure lib. 2. c. 33. art. 3. c. 2.* id quoque Germanis so-  
 lenne fuit, vel armentorum vel frugum aliquid pensita-  
 re, ut quod pro honore acceptum, necessitatibus subveni-  
 ret, *Teste Tacito de Mor. Germ. c. 21.* In hanc collationem 2.  
 adeo proclives erant more suo, ut Nobiles juxta ac plebeji  
 eo contulerint; Ultero enim & viritim eos contulisse idem  
 Tacitus refert. Hoc saltem probabile est, sacerdotes ab 3.  
 ea præstatione fuisse exceptos; Præ cæteris enim Genti-  
 bus omnibus Germani superstitione quædam sacerdotes  
 suos colebant, ita ut dum nec Principibus nec Comitibus  
 fas esset, in consilio silentium imperare, vel vitiiis aut ma-  
 leficiis inquinatos, in bello quoque vincire, ac pro renata  
 quoque pœnis ac suppliciis afficere, solis sibi id vindica-  
 verunt qui præfuerunt sacris. Sic enim ex Cæsare de 4.  
 bello Gallico *lib. 6. Lebmanus in Chron. Spirensi lib. 2. c. 15. p.*  
*m. 79.* refert: Und so der Weltlichen Könige oder Fürsten ei-  
 ner / desgleichen einer aus dem gemeinen Mann in öffentlichen  
 Lastern gelebt / und damit andere schändlich geärgert / daß sie sol-  
 chen ferner die Opffer und alle Gemeinschaft des Volcks ver-  
 biethen. Et *Tacitus de Morib. Germ. c. 12.* attestatur: neque 5  
 animadvertere neque vincire neque verberare quidem nisi  
 sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam aut Ducis  
 jussu, sed Deo velut imperante, quem adesse bellantibus  
 credunt. Tam validum telum Religio, etiam gentilis est, 6.  
 homines & in officio retinere & mansuefacere! Cum i- 7.  
 taque supra Reges, Duces & Principes suos Gens hæc ve-  
 neraretur sacerdotes, quos à collationibus talibus im-  
 munes putabat, dubio, procul etiam eos & qui sacris  
 præerant expertes esse voluit. Nobiles non excepti ab 8.  
 hac collatione assereram, quod ea ætate nobilitati nec  
 pretium nec autoritas fuerit, nisi ex virtute & rebus stre-  
 nuè

- nuè gestis. Neq; ideo sibi in turba vel in deliberationibus quicquam præ cæteris sumere audebant, sed omnes
9. sine discrimine libertatis suæ erant tenaces. Ut nec iusti simul convenerint, sed alter & tertius dies cunctatione,
10. coëuntium fuerit absumptus. Et cum consedisset turba ipsi Reges & Principes svadendi magis quam iubendi auctoritate audiebantur, ut etiam fremitu eorum sententiam,
11. si non placuerit, aspernare licuerit. Quicquid itaq; Regibus & Principibus à civitatibus s. consociatione alicujus populi conferebatur, in honorem vel in necessitatem, Nobiles etiam, qui ejus pars non minima erant, pro facultatum
12. copia pensitabant. Nec vivendi ratio tunc permittebat aliter; Agriculturæ nec studebant, nec agros proprios habebant, sed ut Magistratus per annos singulos designaverant, ita permutatis vicibus habitabant, & colebant; ne consvetudine ejus capti, belli gerendi statum agriculturâ permutarent, vel inter Nobiliores qui latos fines comparaverant, humiliores possessione libertatis submoverent. Communiter omnes aut bella crepabant, aut otio immoderato vitam trahebant. Curam rerum & agrestium &
13. domesticarum vel senibus vel fœminis vel infirmis
14. ex familia delegarunt. Unde colligere est, cum ipsi opum satis mediocrium fuerint, larga quidem, sed non divite Principibus suis obtulerint manu. Frugum enim & armentorum aliquid hoc fine contulisse perhibentur, quorum copia admodum iisdem, ob ætati isti consuetam & paulo antea delineatam rationem, esse non potuit. Nos
16. in primo Capite in pecunia quoq; Orbedam s. spontaneam hanc pensitationem factam fuisse asseribamus, sed quâ hic contingit quod *Tacitus de Morib. German. c. 21.* frugum sal-
17. tem & armentorum mentionem facit? Nulla id alia ratione factum auguramur, quam quod hic vel ad antiquissimos

mos Germanorum mores, cum nummus nullibi adhuc in-  
 ventus esset, vel suo ævo ad interiores Germanos, quos  
 c. 9. vocat, respexerit. Nam interiores isti, qui nobis cis 18.  
 Rhenum usque ad vistulam forte fuerunt, Taciti ætate,  
 ob nondum ipsis consuetum nummum, & inde receptam  
 pecuniam, permutationibus, merces nempe pro mercibus  
 dando, nulla vera emptione & venditione utebantur; Re-19.  
 liqui verò nobis Trans-Rhenani Romanam monetam non  
 ignorabant, & sic in commerciis eam admittebant. Quem-20  
 admodum in illis terræ partibus quibusdam etiam ante  
 annos non ita multos & nunc forte adhuc ab agricolis mo-  
 neta varii, etiam Romani generis, ab incolis, in præ-  
 sidium necessitatis futuræ terræ mandata, invenitur,  
 in quibus vel Cæsarum imagines vel emblemata alia si-  
 gnata videntur. Cæsares enim non semper imagines 21  
 proprias sed emblemata vel signum aliud nummis impo-  
 nebant. Sic Neroniani nummi cytharedi habitum  
 referunt, Severiani Alexandri Magni typum, Octaviani  
 capricorni Sidus habent. Quid causæ ipsis, referre hic  
 non vacat. Videatur interea *Dn. Ezechiel. Spanbeim* in variæ  
 Eruditionis & nummorum istorum antiquitat. peritia ple-  
 nis Dissertationibus de præstantia & usu Numismatum.  
 Sicuti verò jam olim Gentibus cultioribus plerisque pro-22.  
 pter commercia nummorum peculiaris symbola ac typi  
 erant; Ita quoque Germanis hisce Trans-Rhenanis nec sua 23.  
 signa deerant. Et de illis prædicatur quod pecuniam 24  
 probaverint veterem & diu notam, ferratos bigatosque,  
 à ferræ nota vel à bigis currui junctis sic dictos. Hos 25.  
 nummos forte durante inter ipsos consuetudine sponta-  
 neæ oblationis seu der Orbed / extra dubium Principibus  
 suis etiam obtulerunt. Sic nempe eine Orbed / idiomate 26.  
 vocis indigenæ fuisset quasi ein erbiethen / vel erbethe nobis  
 eine

CAP. II. à QVIBUS ORBEDA

24

eine Erbiethung / vel quod singularum civitatum incolæ  
vel stato tempore, vel cum necessitates publicas novissent  
imminere ad præstandum aliquid pro modo facultatem

27. velut se offerebant, nobis erbothen sich. Non deessent e-  
tiam forte exempla probabile reddere, quod idiomate lin-  
gvæ populorum Germaniæ, si non omnium, certè quo-  
rundam urbiethen vel orbethen / idem fuerit ac erbiethen.

28. Quamvis in re tam antiqua & dubiis immersa certi quid  
statuere difficile sit. Præsertim quod Germani inter o-  
mnes populos diutius secreta literarum ignorarint, & in-  
tegrum idioma linguæ tunc Germanis consuetæ me-  
moriæ mandatum & ad posteros transmissum ægre ex fi-

29. de dignis monumentis constat. Recenset quidem *Lebman-*

30. *nus in Chron. Spirensi lib. 2. c. 45. pag. 197.* Orationem Do-

minicam in lingua Francisc tunc consveta.

Verum idem ipse fatetur, ne quidem Carolum Magnum Regem Fran-

corum, licet ingentibus & impensis & curis id tentaverit,

sua ætate efficere potuisse, ut Germanicam linguam

suam literis exprimeret. Et Maximilianum I. Cæsarem

præmium eximium promississe ei, qui illo ævo epistolam

ante quingentos tunc annos idiomate & literis Germani-

cis exaratam, exhibere possit, idioma itaq; hoc antiquum su-

31. spectum merito videtur. Etiam si enim ista ætas jam

cultior esse inceperit quam sub Regibus & Principibus

primis fuit, de quibus *Cæsar & Tacitus* egit, & latino ser-

mone vel tamen latinis literis jam leges suas expresserit,

idioma tamen non adeò feliciter sunt affecuti. Et ideo

quo idiomate linguæ tunc usi fuerint Germani incertum

32. est. Sed ut ad rem redeam prima ista ætate, de quibus

Tacitus egit, præter voluntariæ hujus collationis modum

33. aliud tributi genus non agnoverunt Germani. Et ideo

*Jodocus Willicbius* qui in *Comment. suo ad Tacit. cap. 21.* Ejus

tria



tria pensitationum genera fuisse refert, canonem, qui vectigalia, tributa, decimas frugum comprehenderat; oblationem, quæ ex mercimoniis pendebatur; ac indictio-  
nem quæ urgente necessitate facta, non ad istam, sed longe sequentem, Francorum Regum nempe ætatem, respexisse mihi visus est. Quomodo enim cum Reges & Principes suadendi magis autoritate quam imperio præessent, & neq; in bello durius cogendi copiam sibi sumerent, tributa vel vectigalia ab invitis exigere ausi fuissent? Ex verò itaq; tributa & vectigalia demum cum Germanorum populi arma contra se ipsos verterent, & Franci non paucos eorum subjugarent, reliqui verò hanc potentiam invidis oculis aspicerent, ac in devictos servitus introduceretur, cum durioribus oneribus, at cens. 35.  
ipsis fuerunt imposita. *Dn. Cowring. in Exercitat. de Civib. German. tb. 59. & seqq.* Quod quomodo contigerit paucis retulisse fortè juvabit: Romani cum Orbem integrum sibi subjicere vel tentarent, vel se eum subjecisse gloriarentur, sæpius quoque Germaniam aggressi sunt, & partem quoq; aliquam expugnarunt & occuparunt; quamvis Rhenum & Mosam ægrè fuerint supergressi; subjectis & devictis duriores condiciones imposuerunt, ac tributa vectigalia census uti dictum ipsis indixerunt quod licet ægrè ferrent pro Germanorum more communi libertati insveti, & duodecim victoriis Romanos, repulerint ac jugum maximam partem excusserint, usq; dum Trajanus Cæsar donis sibi eos placaverit & comitate ac non levi indulgentia in officio retinuerit; tributis tamen & vectigalibus subducere istæ provinciæ se non potuerunt. Sic spontanea ista oblatio die *Orbethe* vel *Urbethe* tantum non penitus inter ipsos exolevit. Trans-Rhenani vel nobis Cis-Rhenani pristinam libertatem quidem diutius retinuerunt.

D

tinue

tinuerunt, à Francis tamen devicti eandem, quam à Romanis subjugati experti sunt sortem, nam & illi Romanorum morem secuti, terras expugnatas in provinciæ formam redegerunt, & in multis non minora onera iisdem

39 imposuerunt. Alemanni nempe (quos nominatenus *Lebmann. in Chron. suo lib. 2. c. 20. pag. 95.* recenset, verbis: *Den Allemanniern / das ist / Schweigern / Schwaben / Bayern / Düringern / Hessen / Meißnern / &c.*) cū arma contra Francos sumerent, & in Germania prima & secunda Regionibus quas occupaverant, exuere tentarent, adversam fortunam tandem incurrerunt, & à Francorum Rege Clodovæo devicti, vita quidem à victore donati, in duram tamen servitutem omnes redacti sunt. Ut *Vadiano teste Goldastus tom. 2. Antiquitat. Alemann. fol. 44.* referat, nullum eo tempore pagum Helveticum subfuisse, qui non servitutem

40 istam servierit. Eidē fortunæ à Carolo Magno subjecti sunt Thuringi, Saxones & Westphali, adeò ut triginta millia ex Saxonia, inter quos præcipui nobilitatis, ne turbæ ex seditione metuendæ sint, ejecti, & versus Coloniam & Bataviam habitandi causa missi; imò ulterius non in Franciam solum, sed etiam in Transylvaniam ad Tauricam usque Chersonesum, ubi hodie Saxonicae lingvæ vestigia

14 superesse feruntur, translati sunt. Testamenti quoque factio Saxonibus & Frisiis adempta perhibetur, quam tamen Ludovicus Pius iisdem mansuefactis restituit. *Gryph. de Coloss. Weichbild. c. 24. n. 21.* Et reliqua quæ conditio servilis sibi vindicabat, à sequentibus Francorum Regibus temperata sunt, usque dum ab Henrico Aucupe & Ottone Magno à Francorum tributis liberati, & cum cæteris Germaniæ Territoriis communem induerint sortem, *Knichen in Encycloped. cap. 1. fol. 12. & Job. Gryphian. in d. tr. de Coloss. Weichbild. c. 25. n. 15.* Hinc quæ de libertate Saxonum den

freyen

freyen Sachsen perhibentur, vel supposititia, vel saltem,  
 comparative intuitu aliorum populorum, vel quod ali-  
 quando saltem cum Saxonibus convenerit Carolus Magnus,  
 ut una gens essent, non autem duraverit conventio ob  
 eorum iteratam rebellionem; Vel de iis Saxonibus qui  
 in Provinciam ab eodem Carolo non fuerunt redacti, in-  
 telligendum est. De quo fusissime *Gryphiander d. l. cap. 24.*  
*& aliquot seqq.* Svevi Semnones verò & Accolæ qui inter  
 Albim & Sævum fluvium habitarunt, ac nunc Marchici  
 Brandenhurgenses vocantur à *Jodoco Willichio in Comment.*  
*ad Tacit. cap. 20.* Certo pacto tributarii quidem fuisse vi-  
 dentur, sed liberiore conditione quam cæteri; Et quod  
 Veneti & Sclavi occupaverant nec integrum Francis pa-  
 ruit. Unde contigisse probabile est quod Orbede nomen  
 in terris Marchicis & paucis aliis adhuc exaudiatur: Ubi  
 verò dominatus Francicus patuit, ut in Saxonia & alibi,  
 id quoq; exoleverit. Incidi nuper in diploma vetus ali-  
 quod, quo Hermannus Brandenburgensium & Lusatiae  
 Marchio civibus in Perleberg quinquaginta Marcas ar-  
 genti remisit, & non nisi 50. sibi & successoribus suis re-  
 servavit. Verb: *in dict. Diplom. an. 1305. exarato: Dimit-*  
*tentes jam dictos cives nostros in Perleberg universos ab ex-*  
*actione seu PRECARIA civitatis qualibet, praterquam sum-*  
*mam jam pretaxatam &c.* Et hinc dubium mihi subori-  
 tur, an Orbede unquam in istis terris nomine PRECARIÆ  
 propriè venire potuerit. Rem penitus inspiciens dubio ex-  
 uebar. Nam precaria usu vocis ex Jure Canonico oriun-  
 da est. *tot. tit. X. de Precariis*, ac significat concessionem u-  
 sus vel ususfructus rerum regulariter immobilium in lu-  
 strum vel in quatuor annos, & nisi renovetur statò tem-  
 pore, evanescit. *Cap. 2. X. de Precar.* vel etiam concessio,  
 quam diu vixerit dans vel accipiens, sine vel cum pensio-

ne annua. Distingvunt quidem alii inter Precariam & Precarias, sed unum idemq; denotant, & differunt faltem modo concessionis, de quo *Petrus Greg. Tholosan. in Syntag. lib. 23. c. 2. n. 4.* Sicq; est concessio & quandoq; pensio Ecclesiastica, nullo modo haectenus secularisata. Inde auguror, vel precariam in d. Diplom. non idem denotare, ac Orbedam, vel ex ignorantia efficaciam nominis irrepfisse. Verum quoniam hanc pensitationem olim viritim civitates omnes, ne Nobilibus quidem exceptis, communi imperio comprehensi praestiterunt, qui contingit, quod in plerisq; locis nunc ex patrimoniis curiarum & Magistratum & quidem in certa summa pensitetur? Curatius id investiganti ex sequentibus rationibus hoc ortum fuisse succurrit. Cum jam ex vicis urbes condi & frequentius habitari ceperunt, sicq; ad conservationem & in augmentum earundem tum quoq; in munera Magistratum inferiorum, qui iis praerant, majoribus impensis opus fuit, Reges & Principes spontaneis subditorum oblationibus solum contenti esse non poterant, & Magistratibus quoq; ob politicae in urbibus curam quid à civibus exigendum erat; vectigalia, census, tributa, decimae invalebant, & patrimonia certa curiarum constituebantur: Impossibile quippe erat singulis momentis quando quid nomine publico erogandum, indicare multitudini. Hinc designabantur certi proventus qui suppetias tales ferrent, & denominata onera quae istis sufficerent. Sic contingit, quod hoc pensitationis genus die Orbede / alicubi etiam curiae Magistratum & civitatum in se susceperint, & simul cum aliis praestationibus principibus exsolvant. In posterum a. singuli cives pro ea pensione non possint conveniri, nec contra eos executio fieri, sicuti nec in aliis quae universitas debet. *Job. Köppen qv. 60. n. 16. & Carpzov. P. 2.*

C. 6. def. 24. Res enim universitatis non sunt singulorum  
 L. 7. §. 1. ff. quod cujusq; Univers. nomine Klock. Vol. 3. conf. 153.  
 n. 90. Certa autem ejus quantitas facta ratione summæ,  
 quam civitas vel vicus tempore eo plerumq; ex collatio-  
 ne singulorum intulit, illaq; uti dictum, in patrimonia cu-  
 riarum relata, non amplius ex frugibus vel armentis, sed  
 in pecunia numerata plerumq; solvitur. An verò ex 4  
 censu five sagittationibus consuetis in Marchia & aliis in  
 locis vulgò Schoß / etiam hæc pensitatio vulgò Orbede vel  
 Orbethe / præstanda sit, universaliter tuto asserere non va-  
 leo. Quod enim Orbedam in se susceperint urbium cu-55.  
 riæ, longe antiquius est, quam sagittatio vulgò Schoß in  
 dicta & ex bonis plerumq; immobilibus præstatur. Non 56.  
 me fugit quidem, anno proxime præcedenti 30. Maji Se-  
 renissimum Electorem Brandenburgicum, Dominum no-  
 strum Clementissimum, cum censum annum vulgò den  
 Fundschoss / urbibus Marchiæ usq; ad annum 1679. inclusive  
 indulgentissime remitteret, & ut dimidium ejus census in  
 posterum ex singulis bonis ex quibus deberetur, saltem  
 usq; dum meliora nobis affulgerent tempora, præstaretur  
 disponeret, sanxisse: Id non debere derogare censui curi-  
 arum dem Rathhaus Schoß / ceu ex quo die Urbethe / & alia  
 onera exsolvenda essent, sed illum integrum, etiam qui ex  
 præstationibus præcedentium annorum restaret, esse pen-  
 sitandum: Verùm an singulis urbium curiis debeatur se- 57  
 paratus census vulgò Rathhaus Schoß / & quod nomine-  
 tenus Orbedæ inde præstandæ sint, certus fieri non potui:  
 A rerum Marchicarum peritis potius didici, paucas in 58  
 Marchia dari urbes vel oppida, ubi probabilia saltem ve-  
 stigia extent, quod vel peculiaris curiarum census, vul-  
 gò Rathhaus Schoß / sit constitutus, vel lege aut jure  
 firmata consuetudine introductus, vel etiam Urbariis  
 aut

aut antiquis Regiftris vel rationariis insertum fit, Orbedam seu die Orbede / ex hoc censu esse pensitandum.

59 Ast uti nulli privato, ita multo minus urbi vel oppido cuiquam hic controversiam super asserto quodam moveo, sed dum folius veritatis indagandæ studio, ipse Marchita qui sum hæc qualiacunq; suppono, veniam merebor, si modeste alicubi dissensero. Et hinc, qua doctrinalis interpretatio de Principum Rescriptis & Responsis iudicium ferre finit, juxta *L. 43. ff. de Vulg. & Pup. substit.* autumo, Serenissimum non alia ratione Clementissime in dicta declaratione voluntatis suæ voluisse, ex tali censu præstandam esse Orbedam, quam ubi curiæ Urbium sibi talem peculiarem censum, vel ejus partem deberi, & ex eo Orbedam desumendam docere possint: Alias ex aliis earum proventibus esse eam pensitandam. Sic quod initio voluntatis, ex post facto necessitatis effectum, ut à negligentibus earum præstationum non minùs militari manu & aliis receptis remediis exigatur, quam Tributa & pensitationes aliæ, und auß einer Erbiethung eine Gebiethung oder Geböthung

62 both geworden ist. *Wesenbec. Cons. 45. num 11.* Attamen licet hoc pensionis genus die Orbede / in modum Tributi ordinarii abierit in vicis & urbibus Germaniæ, veluti supra adductum, nihilominus tamen in territoriis & civitatibus seu provinciis Germaniæ species similis aliqua usu innotuit, quod subditi in subsidium velut sponte & extraordinarie Principibus & Comitibus aut Cæsaribus & Regibus sibi præfectis aliquid præstare soliti sint, & nunc quoque præstare soleant. Quod eum Ludovicus I. subditos suos monebat, quod si propter lenitatem & mansuetudinem comitis sui honoris & obsequii gratia de rebus suis exhiberent, non hoc eis pro tributo & censu computetur, aut comes ille vel successores in consuetudinem præsu-

præsumant, uti supra ex *Lehman in Chron. Spir. lib. 2. c. 17.* ad-  
 ducebatur; Non aliam rationem, quam talis pensionis eine  
 Erbietung habebat. Eadē ratio subsidii Charitativi est, quod 64  
 in Ecclesiasticis *Arg. c. 6. c. prohibemus X. de Censibus.* rece-  
 ptum, & nunc in secularibus à Principibus quibusdam usu  
 servatur. Imo quando hodie Principes, ac Status Impe- 65  
 rii à subditis suis subsidia quædam extraordinaria postulant,  
 ac ex more plerorumque Territoriorum & Regionum  
 Germaniæ, non ex arbitrio statim imponunt, vel ab in-  
 vitis exigunt, sed re communicata cum Statibus provin-  
 cialibus, præsentis necessitatis urgentem rationem ob o-  
 culos ponunt, isti veaò præstationem casui sufficientem  
 offerunt, in libertatis Germanicorum populorum memo-  
 riam & exemplum est. *Dnus Ludolph Hugo in tractat. de*  
*Statu Region. Germ. c. 4. Illustr. Dn. à Seckendorff in Teutschen*  
*Fürsten Staat p. 2. c. 4. num. 8. Et in additam. p. 24. circa finem.*  
 Gleichwol scheint der Alten Art unsern freyen Vorfahren die  
 erste Regiments-Form gewisser 2c. Attamen quando is 66  
 Antecessorum libertati convenientius esse asserit, cum  
 Prælati Comitibus & Nobilibus suis in conventibus pu-  
 blicis eo nomine institutis Principes & Status super rebus  
 territorium ipsum & Statum publicum concernentibus  
 deliberare, ad Statum Regni Francici & sequentium An-  
 norum dubio procùl respicit. Prima enim Germanorum 67  
 plebs quoque comitiorum particeps erat, nec in Francico  
 Regno primum excludebatur penitus, uti ex *Hincmanro*  
 & aliis id probat *Dnus Conringius Exercit. de Civ. Germ. tb. 32.*  
 & seq. Post cum ad fastigium Francorum Regnum per- 68  
 venisset, ad solos proceres comitiorum summa relata fu-  
 it, & sic continuavit ad hunc usque diem. Cum autem di- 69  
 gressus paululum sim, ad propositum ut revertar, supra as-  
 sertum fuisse memini, cum urbes, condi & vici per limites  
 suos

suos curatius distingvi cœperint, non viritim amplius  
 hanc pensitationem præstitam esse, sed in plerisq; locis in  
 patrimonia curiarum & magistratuum hoc onus devolu-  
 tum; Quo tempore & qva occasione id contigerit circi-  
 ter, & qvando Nobiles eorumq; pagi ab ista immunes  
 70 facti sint, inqvirendum restat. Ævo suo h. e. Trajani ger-  
 manos urbes h. e. oppida muris mœnibus vel fossis cin-  
 cta non habitasse *Tacitus* docet: Et à nato Servatore us-  
 que ad seculum qvintum, urbis propriè dictæ in Germa-  
 71. nia Magna Historicorum nemo mentionem facit. Ptolomæus  
 quidem amplius nonaginta in eadem *πολεῶν* no-  
 mine meminit, sed eo nomine eundem vicus intellexisse  
*Herodiani* testimonio evincit *Dnus Covring. Exercit. de Urbib.*  
 72 *Germ. tb. 21.* Ab eo usq; ad nonum Seculum paucæ extructæ  
 memoriæ proditæ sunt. Nam in tractu qui Danubio Rhe-  
 no Bohemica & Thuringica Sylva usq; ad Saxoniam aut  
 Westphaliam definitur, nulla urbs præter Würtzburgum  
 refertur, de qva tamen nec etiam dilucidè constat, an  
 73 propriè urbs an vicus tantum fuerit. Urbis munitæ Sche-  
 dingæ ad unstrutum, & in Frisia, uti tunc erat, Trajecti fit  
 mentio, sed prioris memoria nunc ferè desiit, & poste-  
 74 rior à Romanis fuit extructa. In Saxonia i. e. in West-  
 phalia Thuringia omniq; tractu qvi est inter Visurgim,  
 Albim & Salam amnem tunc nec trans Albim probabile  
 est Caroli Magni tempore munitas urbes fuisse. Nam  
 75 Westphali duobus se castellis defendisse leguntur, Eres-  
 burgo & Sigeburgo, qvas expugnavit Carolus; De aliis  
 nulla mentio fit, qvæ non fuissent præterita si extitissent:  
 Cum curatè satis quæ ibi à Carolò gesta sunt, Historici  
 76 ejus ætatis annotaverint. Sed hoc de Germania, qvam vo-  
 cant magnam, obtinet, in illa qvam cis-Rhenanam vocant  
 autores, nobis Trans-Rhenana jam tum multæ urbes  
 fue-



fuerunt penè plures, & Veneti quoque jam Caroli Magni ætate plures Urbes instructas possederunt, de quibus videatur *Dn. Conringius d. l. de Urbib. Germ. tb. 29. & seqq.* Si itaque in hac Germaniæ parte aliquibus urbibus antiquior memoria vel privilegia ejusdem etiam à Carolo Magno tributa assignantur, eorum assertio vel aperte falsitatis rea se ipsam prodit, quod nullus fide dignus historicus ejus mentionem fecerit; vel sanè si quis eorum meminerit, autorem non laudat unde ea sumpserit, & sic suspicione non vacat; Quemadmodum cuncta quæ auspiciis Statuarum Rolandinarum ætate Caroli Magni positarum referuntur fidei sinceræ non sunt. Uti pluribus ex variis autoribus probat, *Job. Gryph. de Colosf. Weichbild. cap. 34. per integr.* Et quando asseruimus Orbedæ præstationem cum Urbes conditæ sunt plerumq; non viritim amplius, sed à patrimoniis curiarum solutam fuisse, ad Henrici Aucupis tempora referimus. Is enim primus constituisse perhibetur, ut nonus quisq; ex pagis & agris se in oppida vicina conferret, ita ut octo isti rus colerent, quo ex fructibus ipsi & nonus in civitate ali potuerit; simulq; imperasse, ut tertiam partem omnium frugum in ædes à se eo fine extractas conferrent, ut belli tempore inde effet præsidium *Christoph. Lebman. in Chron. Spirensi lib. 5. c. 1. Mylerus ab Erenbach in Archilogia c. 17. tb. 3.* post generalibus quibusdam privilegiis mercaturæ & commerciis commodis eas institavit, ac mœnibus & fossis firmioribus circumsepfit; simulq; ut conventus concilia & lauta quandoque convivia in urbibus haberentur ordinavit *Witichius lib. 1. histor.* Hoc urbium incrementis tantum profuit, ut in eam amplitudinem & celebritatem qua nunc sunt, ascenderint. Sic Distinctio inter Bürger à burgis & Bauern à colendo invaluit. *ex Cluvero de German. antiquit. lib. 1. cap. 13. Mylerus d. l.*

E

tb. 3.

82 *ib.* 3. Ubi tamen veluti obiter notasse iuvabit; Bürger und Bauern nec eo tempore, quo primum urbana jura invaluerunt, ejusdem penitus conditionis fuisse, nec esse adhuc, sed disparis juris aestimatos & nunc aestimandos esse.

83 Urbes enim præsertim sub Saxonibus Imperatoribus quadruplicis conditionis incoluerunt homines, *Adelingi* uti tunc

84 vocabantur, *Freiburgeri*, *Frilingi* & *Plebeji simpliciter*. *Adelingi* erant qui à prima origine liberæ conditionis fuerunt, quorumq; libertas ab immemoriali tempore non interrupta serie ad posteros translata, in eaq; familia nullus servilem vel

85 mancipiorum conditionem fuit expertus. *Freiburgeri* ab eodem modo ingenuitatis denominabantur, qui conditionem suam ab initio, antequam à Romanis subjugati, & post sub Francis omnis servilis notæ expertem à proavis acciperant. Hi eodem jure cum *Adelingis* fruebantur & iisdem muneribus cum iis præficiabantur. *Frilingi* verò, qui tamen nonnunquam etiam vocantur *Freiburgeri*, appellabantur quorum parentes vel ipsi etiam servilis conditiones fuerant, manumisi tamen in oppida & urbes recepti, urbici juris facti participes. Dicti *Adelingi* & *Freiburgeri* ex belli studiis & agri ac vini cultura vixerunt. *Frilingi* potissimum mercaturæ invigilarunt. Ex manuariis operis merè plebeji & infimæ sortis homines vixerunt. Quod præ cæteris pluribus deducit *Christoph. Lehmann. in Chron. Spirensi lib. 2. c. 19. per integr.* Fuerunt etiam cives

90 *Pfalburgeri* appellati, quorum mentio fit in *Aurea Bulla tit. 16. §. 1.* & in aliis *Imperii Recensibus* quos congregavit *Limn. in Comment. ad A. B. observ. 1.* circa derivationem hujus nominis mirum quam variant *Doctores*, quos videsis ap. *Weber. in Observ. Pract. & Besold. in Thesaur. Pract.* voce *Pfalburgeri*. Nos ductu contextus *d. t. 16. §. 1. A. B.* putamus idem fuisse ac fallaces cives, qui Dominos suos defraudarunt, & in

& in aliis civitatibus, quàm quas inhabitaverunt, etiam Civium  
 jura susceperunt, sicq; pro lubitu commodis fructi sunt, sed  
 oneribus se quadantenus subduxerunt, vel in præjudicium  
 alterutrius, ab altero patrocinium quæsierunt, id quod eti  
 am in Capitulationibus & adhuc in novissima *Leopold. Art. 9.*  
 Impediturum se promittit Cæsar verb. derselben *Hülff* / indi-  
 genat und Schutz wirklich begehren. Verum quoniam sic pe-  
 culiarem speciem non constituerunt, eos data hic præterve-  
 himur opera. Cæterum urbium cives omnes non infimæ  
 conditionis censendos vel cum rusticis per contemptum com-  
 parandos esse, ex eadem *Capitul. Cæsar. art. 40.* circa medi-  
 um patet; ibi enim qui à parentibus licet genere haud No-  
 bilibus, ab iis tamen qui apud Principem & in Republica ho-  
 nestis muneribus defuncti sunt, pronati, vel, uti ibi verba so-  
 nant: sonst tapfferen Herkömms cum Nobilibus genere compa-  
 rantur, & iisdem cum illis muneribus præfici debere statuitur:  
 A quibus tamen simpliciter plebeji die niedrigen Standes ex-  
 cluduntur: Imo in *Iustrum. Pac. Osnabr. Art. 5. §. 4. n. 17.* Nobi-  
 les Patricii ac Gradibus Academicis insigniti ad beneficia  
 Ecclesiastica majora, ubi id Statutis non adversatur, promo-  
 veri debere injungitur. Ex quibus rationibus etiam statui  
 posset, quod *Mev. part. 5. Decis. 292.* ex aliis momentis deci-  
 dit: Nobilem genere aliquem in collegium quod alias integro  
 Ordini Nobilium præfertur recentius viro aliquo ingenuo non  
 ex Nobiliū ordine, receptum, isti ingenuo, nisi cōsuetudo obsta-  
 ret non præferendū esse. Sed de his incidenter, satis. Quod No-  
 biles vel potius eorū pagi à præstatione Orbedæ hodie sunt ex-  
 empti, & vix pagus in Marchia vel Pomerania detur, nisi juribus  
 urbicis fruatur, das Stadt-Recht hat / qui Urbedam præstet.  
 Inde oriundum putamus, quod pagis ob agriculturam ordi-  
 naria alia sat urgentia onera fuerint imposita ac Cælares &

Principes plerisque Nobilibus ob bene merita, dum rustici ipsis ad servitia alia fuerunt obligati, hanc præstationem remiserint. Nam sub Francicis Imperatoribus jam Nobiles fuerunt exempti quod præ cæteris militiam equestrem susceperint, & oneribus in bello deserviendis se obstrinxerint. De quo ex *Turonens. in Histor. Franc. Lehman. in Chron. lib. 2. c. 44. p. m. 127. n. 4.* quam rationem urbes eodem modo prætere non potuerunt, & sic cum cæteris Ordinariis oneribus præstationem hanc de Orbede retinuerunt. Nunc ad

## CAPUT III.

De iis quibus olim Orbeda fuerit debita, & hodie exsolvatur.

## CONSPECTUS.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Connexionis Ratio.  | 9. Quid hoc sit apud Tacitum Principes ex nobilitate, Duces ex virtute sumere.                        |
| 2. Antiquissimus Germania ambitus in civitatibus & pagis populorum constitit.  | 10. Qui olim eorum fuerint reditus.   |
| 3. Quid olim pagus quid civitas fuerit.  | 11. Quando respiraverint ad priorem sortem, Principes in incerto est.                                 |
| 4. Olim Principum & Regum nomina officii fuerunt.                              | 12. Quando superior. terr. invaluerit.  |
| 5. Principes Germanorum Tacitus Romanorum More vocat qui cæteris præstiterunt. | 13. An differat à Suprematu.  |
| 6. Apud Tacitum non legendum hic Centeni sed certi Comites.                    | 14. Recensentur dissentium rationes.  |
| 7. Quid Centena sit.   | 15. 16. Iis respondetur.  |
| 8. Comites Germanice vocantur quasi die Grauen.                                | 17. In Imperio Romano Germanorum Electores potissima columna sunt quibus stat & conservatur Imperium. |

ET NUNC ORBEDA PRÆSTETUR.

- 17. Differunt à Statibus reliquis non non saltem gradu sed etiam dignitate.
- 18. In quo consistant eorum prerogativa ex confesso quoque reliquorum Statuum Imperii.
- 19. Quando circiter inceperint habere curiam separatam in Comitibus.
- 20. Iam tempore Aureæ Bullæ ipsis competiit jus non solum præconsultandi cum Cæsare, sed etiam statuendi de negotiis quibusdam.
- 21. Negotia de quibus præconsultant, non solum sunt minora quedam, sed etiam majora singulorum quoque salutem spectantia.
- 22. Jus Capitulationem cum Cæsare ineundi à jure Electionis num possit separari.
- 23. Nec contrarium velle videtur artic. 8. Instrum. Pac. Osnabr. §. 3.
- 24. An Electores in suis Territoriis plus valeant quam Reliqui Statuum quisquis suis?
- 25. Quæ ratione subsistere possit Electores & Status ac immediatos Cæsari & Imperio juramento ad omnem fidelitatem & opem obstringi & Cæsarem & Imperium in personas ipsorum nihil posse.
- 26. Usu Juris publici obtinuit quod

- Electores & Status saltem Territoriorum suorum ratione juramento obstringantur, & nec in persona nec propter personam teneantur.
- 27. Probatum id ratione.
- 28. Exempla quæ in contrarium adducuntur, vel hodie usu aliam rationem habent, vel vi potestatis Imperii Romano - Germanici non fuerunt exercita.
- 29. Quod hodie subditi ad Assess. Cam. extruenda fortalitia & ad sumtus in eorum custodiam contribuere teneantur, ac à Principibus & Statibus adigi possint, non est contra libertatem Germanorum antiquam.
- 30. Principum & Statuum Imperii est pacta quidem cum subditis servare, si tamen ipsi subditi inter se de inæqualitate inde oriunda conquerantur, conscientia & muneris ratione ipsis incumbit ad equalitatem & æquitatem causam deducere.
- 31. Adducitur Exemplum.
- 32. Asserti rationes.
- 33. Orbedæ etiam alii quam ipsi Principes & Status capaces sunt, si quibusdam concedantur.
- 34. Recensentur modi quibus concedi soleant.

E 3

Qvis

ci i-  
emi-  
fue-  
fce-  
rint.  
lib.  
odo  
is o-  
unc  
  
U-  
  
Prin-  
x vir-  
editus.  
iorem  
ncerto  
value-  
tiones.  
manor.  
æ sunt  
Impe  
17. Of;

1. **Q**uibus Orbedam s. Orbetham pendere incubuerit præcedenti Capite, cum pro instituti ratione tractatum sit, quibus olim & nunc eadem debita ad manus sumere juvat. Principibus verò suis civitates illam pendere consuevisse, antiquitatum Germanicarum omnium historicorum peritissimus Tacitus perhibet. Ut verò quos Principum nomine hic intellexerit is, certiores simus, curatius paululum è moribus & Statu Germanorum id repetere incumbet.
2. Neminem inficias iturum arbitramur, integræ Germaniæ antiquissimum ambitum è civitatibus & pagis populorum constituisse. *Marquardus Ferberus Origin. Palatin. p. 1. c. 5.* Civitates Tacito, cujus supra jam mentionem fecimus, consociationem certi populi Germanici in commodum civilis alicujus Imperii e.g. Sævorum, Saxonum, Francorum &c. dicta est;
3. ipsa in pagos & vicos distinguebatur. Nam pagus erat Regio quædam arbitrio populi dimensa, & portiones quæ vias, silvas, campos juxta unum eundemque fluvium plerumque coherentes comprehendebat. Pro situ & natura loci nunc amplior, nunc restrictior. Binum quippe ternum usque ad viginti millium hominum multitudinem continebat. Sic Sævos Semnones juxta albis ripam usque ad Sævum, quo loco Marchiam-Mediam figunt, centum pagos habuisse *Jodoc. Willich. ad c. 10. de Mor. Germ.* annotavit. Hic pagus Germanico idiomate vocatur ein Pacht velut fons seu fluvius, & pagani vel pagenses erant ejusdem pagi in utraq; fluminis ripa cohabitantes. *Bignon. ad Marculfum p. 518.* Vel etiam uti nunc ein Gou. Sicuti Reingou & ab incolis à Rhetis Rhetigou, a Tigurinis das Zurbergou. Non desunt quidem exempla quibus pagi pro ipsis civitatibus sumuntur, sed vox ista ad morem receptum supponitur laxius ibidem: propriè differunt. His populorum civitatibus uti singulis separatae erant

ET NUNC ORBEDA PRÆSTETUR.

erant Reipublicæ, non multum quoad Regiminis formam ab invicem discrepantes, ita judicia eadem penè forma expediebantur. Singulæ ex Nobilitate sibi Reges & Principes sumebant, Duces ex virtute, Comites ex plebis Primoribus iis juncti; & consilium simul ac autoritas adfuerunt. Non à Principe nec à plebe solum, sed uti probabile est concilii quoque anthoritate selecti. Postquam enim *Tacit. c. 18. de Morib. Germ.* juxta distinctionem *Willichii*, de electione Principum, qui concilii authoritate fieri solebant, egerat, centeni dicit singulis ex plebe comites adsunt, indigitaturus quoniam comites quoque per vicos jus dixerant, & assessores Principum certo modo erant, publica quoque autoritate eos debuisse constitui. Regum & Principum tunc summorum Magistratum, non Potestatum nomina erant, quoniam svadendi magis, quam, quod ferè Regium est, absoluta quadam autoritate præfuerunt. Ducū verò officio in munere militari occupatum erat, qui non nisi bello ingruente eligebantur, eo composito deponerent officium, & in pristinam sortem rediebant. Postea vero cum bellis cum vicinis magis insvescerent, & in longiora tempora quam antea bella pertraherent, Duces quoque paulatim civilia munera ad se trahebant, & pari cum Principibus jure officia sua reddebant perpetua. Ubi Rex erat, Duces æquè ac Principes ei suberant: Civitates enim ampliores Reges sibi eligebant; magis exiguæ, Ducum & Principum dignitatibus contentæ erant: omnium munera in eo versabantur, ut Reipublicæ cum concilio curam gererent, & jura per pagos & vicos redderent. Principes hoc loco Tacitus ab præcipuum locum in officio habentibus, More Romano vocavit. Licet enim ex vero primi Germani Reipublicæ suæ formam à Romanis non accerserint, indigenarum rerum omnium justò tenaciores: Tacit. tamen

4.

men

oræ  
nfit,  
me-  
dere  
rico-  
pum  
pau-  
um-  
ma-  
ulo-  
. c. 5.  
nfo-  
ujus  
a est;  
erat  
quæ  
um-  
loci  
usq;  
Sic  
o lo-  
odoc.  
rma-  
s, &  
ninis  
n uti  
heti-  
m e-  
vox  
opriè  
arata  
erant



men qui Germanicarum rerum peritissimus omnium fuit, latina nomina & vocabula quibus eorum statum descripsit, rebus Germanorum aptavit: Quod non uno documento, si juvaret, probari posset. Sicuti itaq; in libera Romanorum Republica Principis nomen de eminentia & excellentia virtutum meritorum, nobilitatis, dignitatis opulentiae, ita ut Principes sui Ordinis, suae dignitatis dicerentur. *Job. Henr. Bœcler. in Tacit. Annal. ad c. 9. Annotat. Polit. n. 7.* Sic ille quoniam tunc Germanorum Reipublicae in multum democratici inclinabant, summum eorum Magistratum thî Fürsten à Foddersten vel Fürstehen. Principum nomine efferebat. Et cum Comitum nomen Romano more & linguae proprietate eos denotaret, qui officii & reverentiae causa Principi & superiori Magistratui aderant, is eodem modo istos qui apud Germanos in Consilium vel decus & auctoritatem Principi juncti erant, Comites salutabat: Ubi tamen quod multi jam annotarunt

6. viri docti *d. cap. 18. Tacit. de Morib. Germ.* non Centeni singulis ex plebe comites lego, sed certi; Non semper enim centum viri in quolibet pago erant: nec centum ex pago vel vico educere in bellum tunc perpetuum erat. Id circa totum centeni vel frustra futurum ibi est, vel variarum versionum vitio irrepsit loco totum certi. Nullus inficias eo, olim & nunc esse Centenarios, qui Centenis, in quas pagi quaedam dissecti erant, praesunt. Centena enim seu Cent erat certa territorii vel pagi aut comitatus portio quasi dicerentur Centuriam, & qui iis praest appellari solebat Cent-Gräfe. Quod vero hi Comites à Centenario numero fuerint proprie dicti, inde inferre non est. Videatur *Rhenanus Rer. Germ. lib. 2. p. 158. Berneg. Quest. Miscell. è Tacit. 64.* Quae insuper ratione, licet ab aliis variae adducantur, Centena idem denotet ac merum Imperium vel criminalis Jurisdictio

uti



uti in Franconia & Palatinatu, cujus etiam vestigium in  
 Art. V. Instr. Pac. Osnabr. §. sola crim. apparet, certus esse ha-  
 etenus non valui. Ipsi Germani, quos Tacitus Comites, dixisse 8  
 videntur Grauen quasi Seniores, non ab ætate vel Canitie,  
 sed à prudentia & peritia, quæ licet juvenes, cæteris præstite-  
 runt. Ejus vestigium est in Anglia, in quam Saxones nomen  
 simile & ritum cum multis aliis Germanicis consuetudinibus  
 intulerunt. Et Aldermanni Angliæ capitales Justiciarii ex  
 eadem ratione non à senio, sed peritia & prudentia sua appel-  
 lantur, in simili vide sis *Selden. lib. 2. Jan. Anglic. n. 97.* Sed ut 9  
 redeam, hos suos Reges & Principes ex nobilitate, Duces  
 ex virtute supra sumsisse dicebantur. Quod nihil aliud fuit  
 quam quod plerumque filios eorum qui muneribus Regum vel  
 Principum defuncti erant, in idem officium, modo dignos, ele-  
 gerint, nam quorum parentes rerum præclarè gestarum ce-  
 lebres fuerunt, nobiles erant, non ex sanguinis propagatione,  
 sed quod patrum virtus in filiis præsumeretur, & inde eo us-  
 que majoris dignitatis censerentur plebeis, donec spem istam  
 fefellerint. Non quidem, de quo fusius antea dictum, in Co-  
 mitiis sibi Nobiles sumere quicquam audebant, vel plebejos  
 contemnere vel excludere à suffragio, propter virtutem ta-  
 men & rerum à parentibus gestarum memoriam nobilitas iis  
 honorem quendam & reverentiam inter cæteros pariebat.  
 Duces ex virtute scilicet præsentis militari sumsisse perhiben-  
 tur, quod exemplo potius quam Imperio præesse deberent,  
 id est in prima acie se præ cæteris fortitudine, promptitudine,  
 duratione præbere conspicuos. Sic Principes constituti ju-  
 ra per pagos & vicos reddiderunt. Si quid jurispublici ur-  
 geret, vel si ipsi civitati vel pago cum vicinis vel aliis Ger-  
 manorum populis negotii quid intercederet, hoc tanquam  
 majoris momenti, ad concilium pertinebat. Nulli enim Re-

gum vel Principum in vicinum populum vel alium Regem  
aut Principem jus erat; Nec ipsi Francici Reges potestate vel  
majori gloria inter cæteros Reges polluerunt, antequam op-  
portunitate usi & fortuna, sicq; alios bello devicerunt; id circò  
si quæ lis inter ipsos vel ipsum Principem & populum ejus  
pagi intercederet, ad consultationem omnium pertinuit.  
Nam apud concilium demum accusare & capitis discrimen  
intendere, Tacito teste, licebat, *Dn. Covring. Exerc. de Judiciis  
Germ. tb. 14.* De minoribus hoc est privatorum rebus & Fo-  
rensibus Principes consultabant, vel consilia habebant & sta-  
tuebant. *Jodoc. Willich. ad cap. 16. Tacit. de Morib. Germanor.*  
Dum ipse Princeps omnibus in vicis oriundis litibus compo-  
nendis par esse non valebat, Comites antea dicti seu vicarii  
eo loco judicabant, qui hodie Schultheissen à debito o-  
<sup>10</sup>bligacionis exigendo appellitantur. His Principibus reditu-  
um nihil erat quam supra dicta Orbede pro honore & neces-  
sitate pensitata, ac mulctæ pars, sic enim *Tacitus* enuncia-  
bat: *Sed & levioribus delictis pro modo pœnarum equorum pe-  
corumq; numero convicti mulctantur, pars mulctæ Regi vel ci-  
vitati, pars ipsi cui vindicatur vel propinquis ejus exsolvitur.*  
Num Comites in vicis mulctæ parte gavisi sint, ex isto ævo  
quidem non constat certo, probabile tamen est inibi quo-  
que ejus fuisse participes, cum aliud sàlarii loco habuisse non  
proditum sit, & nudi honoris gloria pro laboribus & tempore  
impendendis forte non suffecerit eorum necessitatibus. Sub  
Francorum auspiciis opimiora quædam redolumenta labo-  
rum obvenerunt, & Comitibus quoque, quoniam non raro  
tunc in quibusdam pagis eadem quæ Principibus iis, pote-  
stas data, & ex xeniolis subditorum, usu sylvarum, agrorum,  
aquarum similiumq; jurium ad necessitatem impensarum ac-  
cedebat compendium *Christoph. Lebman. in Chron. Spiren. lib.*

ET NUNC ORBEDA PRÆSTETUR.

2. c. 17. p. 81. Sed quod prima ætate eosdem habuerit non apparet. Quatuor quippe velut officii & potentia Regum, Principum, Ducum & Comitum Germaniæ ætates sunt. Prima usq; ad ea tempora se extendit, quibus diuturniora bella cum exteris & inter se gesserunt; non nudis excursionibus & devastationibus vicinorum contenti, cum scilicet cum Romanis bella durarent, & non rarò eos vincerent; inter se autem possessiones terrarum opimiores alii aliis invidiae exponerent, tunc Duces uti antea dictum machinari & cum imperio sibi civilia quoq; vindicare ausi sunt; sicuti in Republica qui armis valent, dominari plerumq; incipiunt, & eorum arbitrato, *Aristotele* teste, stat vel cadit Reipublica forma. Antea Reges & Principes, nam pro amplitudine civitatum quibus illius vel hujus nomine præerant, in jurisdictione rerum Forensium occupabantur, juris publici momenta ad comitia referebant, & ejus arbitrio statuebant. Duces cum bello muneris potestatem ponebant & ad communem cum cæteris fortunam revertebantur. Tertia ætas sub Francis incæpit, hi victoriæ jure utebantur in devictos, sed modo dissimili; alios Reges & Principes Belli jure subjectos in pristino jure relinquebant, & fidelitatis juramento, territorii vero subditos homagio obstringebant, nullo tributo nisi consueto imposito. Et Duces ac Principes patrio ritu ex suis sibi eligi consentiebant, modo, ut videtur, electos confirmaverint. Alios una cum homagio tributarios efficiebant, & Duces ac Principes non ex devictis, sed suæ gentis viris præficiebant; Alibi ne devicti jugum excuterent & terga verterent facile, nobilitatem in alias terras transtulerunt, & ad tempus plebeis servilem conditionem imposuerunt, fortunisque ac facultatibus liberis hominibus consuetis verè penitus exuerunt. Ducatus & Principatus in plures provincias &

gem  
e vel  
n op  
circò  
ejus  
uit  
imen  
dicis  
& Fo  
& sta  
anor.  
mpo  
icarii  
to o  
editu  
eces  
ncia  
um pe  
del ci  
vitur.  
o ævo  
quo  
e non  
pore  
Sub  
labo  
n rarò  
pote  
orum,  
m ac  
ns. lib.  
2. c.



comitatùs in dynastias diviserunt, ut minori opera & paucioribus viribus in officio contineri potuerint. Quarta ætas à Saxonum Cæsarum ævo usq; ad nostra tempora se extendit, qui Duces Principes & Comites nomine Regis & Cæsaris abolitis provinciæ cui præerant administrandi Facultatem in potentiam suo nomine exercendam verterunt, & ad hoc fastigium pervenerunt, ut singulis eorum à tempore Maximiliani I. Cæsaris (nam antea id contigisse non meminimus) in Constitutionibus Imperii jus superioritatis territorialis expresse asseratur & in *Instrum. Pac. Osnabrug. art 8. §. gaudeant*, perpetuò valitura lege, confirmatum non solum sit, sed etiam Electores & Principes à Regibus pares & fratrum jure potentiæ intuitu censeantur. Ex quibus omnibus tamen nulli in eam descendimus opinionem, ac si ante Saxonum Cæsarum ætatem Germaniæ Regionum non alius ac hodie gallicarum provinciarum administrationis intuitu fuerit Status, & Duces sub Francis ejus conditionis saltem reputemus, cujus nunc les Gouverneurs des provinces, Comites les intendans de justice, finance, police perhibentur, Sed & majoris dignitatis & quodammodo potentiæ fuisse, cum acris judicii & limatæ prorsus prudentiæ scriptore de Suprematu Principum Germaniæ, æstimamus. Ab initio quippe Reges & Principes Germaniæ, ex nobilitate electi, non pro salario annuo in modum contractus alicujus innominati à superiore constituebantur, ut ex ejus nutu solo administrarent & pro lubitu revocari possent, etiam ut putamus nulla reddita ratione, sed in concilio eligebantur, ut superiores essent in populo & integra civitate, nec a provincia removerentur nisi illa indigni. Et sub Carolo Magno & cæteris Francis Imperatoribus Ducum vel Principum Germaniæ nemo reperitur munere exutus, nisi ob infidelitatem. Expresse etenim  
isti

isti Reges juramento caverunt, ne quis Ducum Principum Comitumq; removeretur, qui fidem datam servasset, *Christoph. Lebman. in Chron. d. lib. 2. c. 17. in fine.* Non Regis Ministri, sed Regni Magistratus fuerunt, *Dn. Ludolph. Hugo de Statu Region. Germ. c. 1. n. 2.* Non fugit nos supra quoq; Regum & Principum nomina officii dicta fuisse, sed ferè non alio modo quam Cæsares in Capitulationibus das Kaysersliche Ampt und Würde appellari soliti sunt. Nec assertioni nostræ obest, sub Francicis & quibusdam Saxonicae familiae Cæsaribus Reges supremam administrationem in plerisque Germaniæ territoriis habuisse, dum certis anni temporibus per Legatos vel missos suos in provincialium Magistratum vitam & justitiæ administrationem inquisiverunt, & pro re nata correxerunt. *Lebman. in d. Chron lib. 2. c. 10.* & memoriæ proditum reperimus in quosdam eorum severius quam nunc solet animadversum fuisse. Si enim libertati non obest in quibusdam actibus vi aut jure obicem sensisse, cur eminentiæ Principum Germaniæ antiquitus debitæ noceret, eorum aliquos (nam in omnes id non statutum fuit) sub Imperatoribus duriorum sortem esse expertos, vel omnium conditionem sub iisdem fuisse ad tempus adstrictiorem? Quando vero Duces & Principes respiraverint & non Cæsaris & Regni nomine regiones seu territoria administraverint, præcisè determinari nequit. Caroli Magni enim ævo & jam ante eorum quædam fuerunt ad posteros transmissæ & Comitum nomine administratæ e. l. Comitatus Waldeccensis, quem Carolus Witekindo Comiti in Svalenberg hæreditario jure concessit, & alii Equiti ob merita Comitatum Gleichensem dono dedit, in longitudine viginti, in latitudine decem, miliarium ditione, cum oppidis Glichō & Ask. Cum vero apud

*Goldast. Constit. Imperial. latin. fol. 17.* legitur, quod ipse Imperator enunciaverit: *Quæ ex obitu Viri Nobilis Sicardi Domini in Glicho ad nos pervenerunt.* Probabile est ditiones quasdam Regni Germanici jam ante Carolum Magnum titulo quodam feudi, & quidem ad posteros translaticio quibusdam fuisse concessa. Ut itaq; hæc in pauca conferamus omnia: Hæreditaria quædam territoria vel dominia jam diu ante Carolum Magnum fuerunt, uti etiam Superioritatis Territorialis vis & potestas in Regionibus quas singuli Germanorum Populi in pagis possederunt, dubio omni procul obtinuit. Modo primi isti Principes & Comites nec in caput nec de juribus Reipublicæ ipsi, sed ex Comitiorum arbitrio statuere poterant. Quod in personas & ob Rempublicam in bona subditorum liberius statuere valeant, & suo jure territoria possideant, ac de ipsis quoq; cum consensu Cæsaris in modum domini disponant, ex vero demum sub Cæsaribus ex familia Saxonum originem, & postea usq; ad Maximilianum I. Cæsarem, sub quo ad fastigium suum pervenire cepit, incrementa sumsit. Consistit vero Territorialis Superioritas vel jus

12. Territorii & superioritas praxi imperii recepta in aggregatu omnium Regalium quæ summam potestatem in Reipublica constituere vel comitari solent, tam in Ecclesiasticis, quam Politicis *art. 8. Instr. Pac. Cæsar. Sved. Osnabr. verb. libro juris territorialis, & c. art. 5. §. quantum deinde verbis hætenus usitata praxi.* Per compendium subsistit in potestate imperandi & coercendi subditos, condendi leges & statuta territorialia, ordinandi tribunalia, exercendi dominium quod vocant eminentis in bona subditorum, nisi quantum pactis publicis vel cum subditis suis limitetur. Sicuti n. dominium liberum dominandi jus rei suæ est, nisi in quantum lege vel pacto quis restringitur. Qualia exempla sunt

777.

sunt in dominio dotis, proprietatis jure omnium subditorum in libertate ipsa nisi qua hæc vi aut jure prohibetur, ita jus superioritatis territorialis liberam potestatem in subditorum personas & bona continet, qua dictæ exceptiones non adparent. Et Instrumentum Pacis Osnabrugense hanc potestatem ipsis *d. m. largitur d. art. 8. Instr. Pac. §. 2. verb. fiantq; salvo per omnia juramento quo quisq; Imperatori & Imperio obstrictus est. Et art. 7. ejusdem Instrum. Pac. verb. salvis tamen semper inter se & cum subditis suis conventis patris.* Differunt itaq; multum inter se jure superioritatis Territorialis gaudere regalibus, & tantum illa habere jure privilegii. Qui enim illo jure eadem possidet, is præsumptionem usu juris publici pro se habet, omnibus frui, nullo excepto; Adeo ut contrarium asserens tanquam in exceptione se fundans, eam probare teneatur. Contra qui hoc jure iis fruitur, singula probare teneatur, quod id facti sit, & jura singularia non præsumantur. Sic facultates juris Superioritatis territorialis non incommode in immanentes seu domesticas, & transeuntes i. e. extra territorium quoque se porrigentes distinguuntur; illæ concernunt vel personas vel res subditorum, vel Rempublicam. Ratione personarum in civilibus, criminalibus, vel ecclesiasticis: Et hanc potestatem regulariter contra omnes exercent qui sunt de territorio, quales usu juris publici præsumuntur regulariter, qui in territorio sunt, ac exemptionem probare non valent. Imo licet exemptionem quidem interdum doceant ictionis propriæ dictæ intuitu, uti competit personis ecclesiasticis, à potestate tamen territoriali non ita penitus excedti sunt, ut si publico statui nocere vel machinari quid putentur, possent capl & captivi, honeste tamen, ne noceant, detineri ad tempus: Sicuti inter Romano-Catholicos ipsos præ-

præcedens & hoc nostrum edocet ævū. Eam in rem subditus  
 qua talis, ob homagiū quod præstitit Domino territorii, in id  
 omne tenetur, quod salva conscientia & conditione libero-  
 rum hominum in imperio recepta, præstare potest: In reve-  
 rentia, cultu, fidelitate, auxilio, etiam cum periculo quan-  
 doque, & consilio: Id enim clausula homagiis omnibus  
 inserta infert *Nutzen foddern und Schaden weeren*. Adeo ut  
 si subditus gnarus mali imminentis Domino fuerit, nec  
 tamen admonuerit, reus damni & homagii sui fieri pos-  
 sit. Oriundum inde est jus sequelæ, ut in propria quoq;  
 persona dominum in bellum euntem instructus sequatur,  
 nisi per pactum, uti supra innuebamus alicubi aliud sta-  
 tutum sit. Competit etiam præmio vel pœnis ex me-  
 rito personam ipsius afficere. Adeo ut licet in civili-  
 bus jus provocandi ad Cæsarem vel Cameram Cæ-  
 saream concessum sit, in criminalibus tamen hoc sub-  
 ditis sano sensu denegatum videatur. In Ecclesiasticis com-  
 petit jus reformandi exercitium Religionis per *d. artic. 5.*  
*§. quantum deinde ad Comites &c.* nisi qua restrictio aut li-  
 mitatio ex *d. art. 5.* inter Romano-Catholicos & Augusta-  
 næ Confessionis consortes in genere, vel *art. 7. ejusd. Instr.*  
 inter protestantes inter se, apparet; Subditis, jure emigran-  
 di concessio. Ac licet subditus talis in majorem status di-  
 gnitatem evehatur, nihilominus id salvo jure territoriali  
 factum esse intelligitur *art. 44. Capitul. Cæsar. Leop.* tace-  
 mus jura infamiam abolendi, agratiandi, concedendi veni-  
 am ætatis, relaxandi, juramentum ad effectum agendi,  
 dispensandi, arrestandi sive in custodiam dandi & quic-  
 quid simile connexum, & si subditi in hisce refragentur  
 dominis, manu quoque militari coerceri valent *artic. 7.*  
*Capitul. Cæsar. Leopold. verb.* *Ben ihren hergebrachtten und ha-*  
*benden Fürstlichen juribus selbstten etc.* In Subditorum res jure  
 Domi-



Domini eminentis propter protectionem jus competit per-  
 petui & certi cujusdam redditus, quem Principes & territo-  
 riorum Domini in Status dignitatem, Familiam & ministros  
 alendos ad continendos in officio subditos, & propulsandam  
 quandoque vim, aut injuriam illatam impendunt: Id enim  
 est quod in *art. 3. Capit. Casar. Leop.* continetur, verbis: auch  
 wegen Landes-Fürstlicher Hoher Obrigkeit etc. Et si ordinarii isti  
 redditus non sufficiant, sicuti hodiè pro luxu temporum am-  
 plius sufficere vix possunt, extra ordinem succurrere Domi-  
 nis suis subducere se non possunt; quod expressè cautum in *Re-  
 cess. Imper. 1654. §. 14. verb.* und sol denen Ständen bevorstehen  
 ihre Landstände/Bürger und Unterthanen etc. Inde jus indi-  
 cendi tributa, collectandi sive viritim sive jugatim, sive pro  
 facultatum modo, aut per modum accisarum: Vel si res  
 & bona subditorum in publicam utilitatem impendenda, ex-  
 tingvenda: Sicuti enim in cæteris rebus privatorum salus  
 cedit publicæ, sic maximè hoc & similibus casibus cedere  
 jubetur. Ita tamen ut si e. gr. in fortalitia, vel in viam  
 Regiam constituendam bona impendenda sint, ex singulorum  
 contributione, quos concernit utilitas, rependatur. Ipsam Rem-  
 publicam vel conservandam vel redintegrandam, exstructio  
 templorum, reddituum ecclesiasticorum, Religionis & ritus  
 Ecclesiastici cum institutione ministrorum constitutione  
 spectat: In Politicis curiarum tribunalium ordinatio & in-  
 structio, legum & statutorum latio, quorum etiam supre-  
 mum in Imperio tribunal rationem habere debet, Politicæ  
 curatio, unde ordinationes vestiariæ, moderationes luxui po-  
 sitæ, Jus ponderum, mensurarum, monetæ cudendæ &c.  
 Jus detrahendi & percipiendi decimam è fodinis & terris  
 novalibus &c. Visitatio, inspectio, jus in res nullius, uti intu-  
 itu fluminum publicorum, thesaurorum, fodinarum, salina-  
 rum,

rum; ejectorum è mari, hæreditatum caducarum &c. Jus belli cum exteris non tantum defensivi, sed etiam pro renata offensivi; Quorsum enim esset jus suppetias ferendi extra Imperii limites *in Instr. Pac. Casar. Gall.* Statibus concessum §. *ut eo sinceriori &c.* in fine verbis. *singulis tamen Statibus liberum sit &c.* si id quandoq; ratione belli offensivi non esset intelligendum. Nec aliud in §. *gaudeant art. 8. Instr. Pac. Osnabr.* dispositum *verb. pro sua cujusq; conservatione ac securitate &c.* Nam bellum quoq; offensivum, modo non sit contra Cæsarem & Imperium, pro conservatione Status alicuius esse potest. Inde jus aperturæ in omnibus etiam munitis bonis subditorum, jus armorum, lustrationum, armamentariorum, jus exigendi à subditis ad sustentationem excubiarum & conservationem fortalitorum subsidium, conscribendorum militum, prohibendi ne subditi se extraneæ militiæ credant. Et hæc ac similes facultates superioritatis territorialis immanentes dici valent: Transeuntes, seu extra territorium se extendentes, jus suffragii in com. & ibi de statuendis consentiendi vel dissentiendi est: Insuper cum potissimis Europæ, vel extra Europam potestatibus de rerum summa pro se foedera inire, inter belligerantes alios mediationum arbitrium offerre & subire, à Regibus & Potestatibus aliis æquales, ut hodie loqvuntur, fratrum vel cognatorum nomine censerì, pro re nata extra Germaniam quoq; exercitum educere, & quæ similia jura sunt alia. Quæ cuncta fusiùs tractaremus, nisi concepta Disputationis methodus filum aberrumpere & ad jus Superioritatis in genere redire juberet.

<sup>13</sup> Cæterùm Superioritatis territorialis facultates quibus ista vim suam exerit, diu obtinuit, antequam nomen ejus communì Imperii consensu vel admitteretur, vel notum esset. Non fugit proximè ante Maximilianum I. Cæsarem, & post quoque

que, licet jam constitutionibus publicis insertum, in controversiam id fuisse vocatum, & ex studiis partium controvertentium in aulico judicio Cæsareo & Camera Cæsarea partibus haud admissum: Als wenn die Hohe Landesfürstliche Obrigkeit ein partus des gegenwärtigen Seculi, oder nur einiger neulingen / in den Reichs-Recessen / Constitutionibus Imperii, und Grund-Gesetzen unter Käyser / Churfürsten und Ständen unbekandt wäre ꝛ. Hinc est quod juris publici Doctores in seculo decimo quinto, & ab initio præsentis ævi vel planè non, vel parce admodum de Jure Superioritatis, sed loco ejus de Jctione omnimoda, laxius supposito vocabulo, egerint. Posthæc verò, quod supra à tempore Maximiliani I. & sequentium Cæsarum usu invaluit, arbitrium omnis potestatis, qua illa limitata non est, exprimit. Ut potentissimorum titulo usu quoque Electores præcipuè, & non immerito salutentur; Majestatis quidem nomine non vocantur, nec illo vocari voluerunt Status Imperii; summitati tamen eorum in territorio & extra territorium nihil decedit. Nam cum pactis inter se convenerint Territoriorum seu Regionum Germaniæ Domini, Cæsarem & Imperium ob communem Reipublicæ salutem revereri, universalis Reipublicæ respectu superiorem agnoscere, ac Majestatis appellatione, venerari, confusionem jurium prima facie indueret, unus Reipublicæ plures appellari Majestates. Hinc Superioritatis territorialis titulo potestatem sibi competentem afferri hæcenus fuerunt contenti. Non quasi in territorio potestas ipsorum terminetur unice, sed quod extra territorium inter primas Europæ potestates cultu non dissimili fere cum cæteris colantur. Observari enim meretur, non frustra Capitulationibus Cæsareis insertum esse, & adhuc in *Capit. Leopold. art. 3.* reperiri: Sollen und wollen wir

Churfürsten / Fürsten &c. Bey ihren Hoheiten / Geist- und Welt-  
 lichen Würden / Macht und Gewalt / auch sonst Jeden nach  
 seinem Stande und Wesen verbleiben lassen: Et paulo post:  
 Wie auch wegen hoher Landes-Fürstlicher Obrigkeit und sonst:  
 Distingvuntur enim eo intuitu jura quæ domestica ipsis  
 & in territoriis suis propria, à potestate quibus inter Eu-  
 ropæ Dominos gaudent. Nec in Capitulationibus suis id  
 fatentur solum Cæsares, sed in *Instr. Pac. Osnabr.* contine-  
 tur aperte, sic enim pronunciat ibi: *In antiquis suis juri-  
 bus prerogativis, libertate &c. i. e.* uti antea efferebamus,  
 in potestatibus suis & prerogativis, hoc est, inter cæteras  
 Europæ potentias cultu debito; & paulo post, in libero  
 territorialis exercitio, hoc est in relatione ad territoria  
 sua, ita stabiliti firmatique sunt, ut à nemine turbari  
 possint. Si clariora adhuc desideras, notanter in *dict. §.  
 quantum Deinde ad Comit. artic. 5. Instrument. Pac. Osnabru-  
 gens.* Superioritas à jure territorii distingvitur: ita quippe  
 ibidem statuitur: *Cum jure territori & superioritate, commu-  
 ni per totum hæctenus usitata praxi:* Ut indigitetur, Superio-  
 ritatem longe altius & majus quid inferre, quam jus terri-  
 torii, ad subditos tantum restrictum. Hoc Jus Superiori-  
 tatis vero, cum omnibus ac singulis Statibus in *Instr. Pac. O-  
 snabrug. & Constitut. Imper.* aliis tribuitur, veremur ne di-  
 ctum *Art. 8. §. 1. ejusd. Instr. Pac.* incurramus, si quibusdam  
 Imperii Statibus majus cæteris decus inter Europæ  
 potestates tribueremus, ideo quod extra territorium su-  
 um exercitum educere, & usu juris Gentium veluti de  
 Europæ salute cum potestatibus aliis deliberare, statue-  
 re, inter controvertentes arbitrium & gvarantiam offer-  
 re valeant. In *Instrum. Pac. Cesar. Gallico Monaster. §. 3.* non  
 dicitur *quibusdam Statibus qui exercitum extra territorium su-  
 um educere possunt, liberum sit, huic vel illi Regno extra Im-  
 perii*

perii limites suppetias ferre. Vel in *art. 8. Instr. Pac. Osnabr.* omnimodo jus faciendi inter se & cum exteris fœdera quibusdam Statibus liberum esto; sed singulis Statibus perpetuo liberum &c. A Suprematu itaque qui saltem Principibus & 14 Statibus tribuitur potentioribus quibusdam, non differt Superioritas, sed ad modum dictum convenit penitus. Nec obstat assertioni nostræ Suprematum ex usu Seculi & Gentiũ estimandum esse, quo hoc nomine nō honorantur, qui rebus alienarum gentium cum autoritate intervenire nequeunt, utpote qui magis exiguum cæteris territorium habent, nec à potestatibus Germaniæ in confortium fratrum vocabulo vocantur; Superioritatis territorialis jure hos omnes gaudere, nullo modo vero titulo suprematus dignari. Juvare opinionem talem videretur, quod in *art. 8. Instr. Pac. §. 4.* habetur: Civitatibus liberis Imperii, quæ Statuum numero continentur, competere omnimodam Jurisdictionem intra muros & in territorio: haud vero iis ibidem nominatenus aliquam assignari Superioritatem, ne dicas Suprematum; Forte ideo quod vel dives mercator mediocre satis tale territorium sibi pretio comparare, & illo nomine votum in Comitibus, quod territorio hodie cohæret, prætereundum possit. Qualis hæc inter potestates Europæ potentia reputanda? Ast dissentientium pace argumenta talia forte, quod volunt, non evincunt. In confesso quippe per supra dicta esse putamus, omnibus & singulis Imperii Romani - Germanici Principibus jus exteris extra Germaniæ limites suppetias ferendi, & negociis potestatum Europæ cum autoritate intervenire competere: neminem quoque esse Principem Statuum Imperii hodie, vel regulariter esse non valere, qui bona Principe digna non possideat §. 197. *Recess. 1654.* insuper Europæ Regem neminem esse, qui Principes

Germaniæ extra partium studia æqualis juris esse non reputet. Et hinc qui Principum Germaniæ aliquibus plus dignitatis tribueret cæteris, in hos & constitutiones Imperii quodammodo non æquus videretur. Dignitati quorundam Electorum & Principum Germaniæ forte nihil decessit, qui bello nunc composito, per Dei gratiam, nuper non intervenerunt, sed neutrarum fuerunt partium. Sufficit ad Superioritatem quam Suprematum vocare, possumus, quod rebus Europæ cum autoritate intervenire ipsis per Leges publicas detur, & liceat, licet actu intervenire vel nolint, vel pro temporum ratione nequeant. Confæderati maximorum Regum Europæ qui sæpe ad rei inter ipsos controversæ summam non parum momenti attulerunt, non æqualis semper, sed dissimilis admodum potentiæ fuerunt. Imo Reges quidam ipsi, rerum adversarum eventu, exiguum admodum exercitum eduxerunt & ad tempus parum valuerunt, ac tamen inter summas Europæ potestates nemo inde forte consortium ipsis denegavit, vel deterioris conditionis reputavit. Fatendum quidem non omnes Status earundem esse divitiarum & inde virium. Sed quid hoc ad Superioritatem vel Suprematum? Omnia Hispaniæ Regi parentia regna non ejusdem vigoris sunt, sed num inde minus regna, quam cætera inter Europæ Potestates dicentur, licet alia  
 16. illis sint ampliora & opimiora? Sunt dubio procul Electores potissimæ columnæ quibus stat & conservatur Imperium. Nam Aurea Bulla jam tum eos propinquiora Romani Imperii membra agnovit *cap. 2. §. 5.* & quod per eos velut septem caudelabra illuminetur imperium asseruit. In *Capitulatione. Cesar.* & adhuc *Capitulat. Leopold.* *art. 3. & 46.* die Toddersten / innerste Glieder / oder Hauptsäulen des Reichs appellantur, Suprematum tamen præter Superiorio-

perioritatis nemo sibi nomē, quod meminimus vindicavit. Non<sup>17</sup>  
fugit quidem à viris in jure publico versatissimis, à cæteris  
imperii Principibus non differre eos, publice esse asser-  
tum; magis in externa pompâ quam interna aliqua  
præ eminentia prærogativam eorum consistere, & in iis quæ  
salutem Com̄. Imperii cōcernerent, præ reliquis eosdē non va-  
lere. Ast pace dissentientium, non inconueniens adeo esse<sup>18</sup>  
remur, ab Imperii Statibus reliquis non gradum saltem, sed  
dignitate quoq; illos differre, putare. Gradus ipsorum in pri-  
matu collegii consistit, & dignitas eorum ex Constitutioni-  
bus Imperii publicis elucet. Præterquam enim in Aur. B.  
expresse dignitates Cæsar & Rex Romanorum electus ipsis  
se confirmaturum spondet *cap. 2. §. 5. A. B.* quod de cæteris  
non habetur ibi; In *art. 8. Instrum. Pac. Osnabrug. §. 1.* Ele-  
ctoribus prærogativa expresse asseritur, vocabulum quippe  
*prærogativis* ad Electores præcipue non incommode re-  
fertur. Imo dum reliqui Imperii Status Electorale Col-<sup>19</sup>  
legium non negant, sed id eminens esse fatentur, ex  
collegio quoque quod cæteris prius est, dignitas omnino  
oritur. Si quidem prærogativa collegii separati à cæteris, jus  
conventus singularis pro lubitu ob negotia imperii delibe-  
randi juxta *Aur. B. c. 12. §. 2.* & nunc quodammodo latius con-  
suetum, jus vicariatus totius imperii folio vacante, Cæsa-  
rem eligere jure suo, cum Cæsare de habendis Comitibus, &  
quo loco ea habenda sint statuere. Honorari mensa sepa-  
rata & elevatori in convivio coronationi Cæsareæ sacro. Jus  
singulatim præsentandi assessorem Camerae, gaudere privile-  
gio de non appellando, jam à tempore A. B. non exiguae di-  
gnitatis prærogativæ sunt. Et quæ aliæ sine omni controver-  
sia reliquorum recenseri possent. Recordamur quidem jus<sup>20</sup>  
curiæ separatae demum ab anno 1489. Friderici Cæsaris &  
Maxi-

Maximiliani Regis ævo ipsis contigisse à non paucis asseri; sed probatum id dare, admodum est difficile. Autor *dey Grund-Feste des Heii. Römischen Reichs* id *part. 2. c. 3. pag. 91.* relative recenset, Electoribus alias largius iusto nulla jura tribuens. Et ex vero jam tempore *Aur. Bull. Cæsarem separatim cum ipsis super negociis Imperii deliberasse, & ex eorum solum consilio statuisse* apparet ex *c. 3. §. 2. Aur. B. verb. habita deliberatione &c.* Alia exempla sunt in eadem *cap. 12. §. 2. cap. 16. §. 1.* Ut sic non hoc demum tempore cum Cæsare separatim deliberasse putandi, sed collegium vel curiam à cæteris separatam jam tum habuisse admodum probabile sit. Nec opinabitur quis jus præconsultandi ipsis concedendum, non vero cum Cæsare posse solum extra Comitiam & citra consensum reliquorum statuere: vel quod de minoribus rebus statuatur cum Cæsare, non vero de majoribus; hæc ad consilium omnium pertinere. Ex Aurea Bulla enim exempla, paulo ante adducta non præconsultationis alicujus de negotiis in Comitibus universalibus plenius expediendis meminissent, sed quod Cæsar ex consilio eorum, uti claris verbis ibidem refertur, plene statuerit & statutum promulgaverit. A tempore Rudolphi II. Cæsaris quidem reliqui Status jura quædam quæ Capitulationes Cæsareæ pro iis habent, in dubium vocant, sed inde nec *JCrus*, nec *Politicus* eorum quædam ipsis hodie non competere, vel opinari vel asserere audebit. Privato nulli in Romano jure injungitur, inde nude juribus cedere, de quo controversia ipsi mota sit, si sententia contra ipsum aliud non pronunciaverit. Cur Principibus, & quidem in Imperio primis, inde jura non competere quis statueret, à quibusdam in dubium vocata, jure tamen lite non decisa? Certè negotia quorum Aurea Bulla supra allegato loco mentionem fecit, non minora iis sunt de quibus



in Comitiiis publicis statuuntur cum consensu omnium, sed ad minimum paria. Ut ad Jus Capitulationis præscribendæ & ineundæ cum Cæsare revertamur, in sæpè allegato *art. 8. Instr. Pac. Osnabrug. §. 3.* dicitur quidem, in Comitiiis tunc proxime habendis, nunc penultimis, de Capitulatione perpetua concipienda & deliberandum, & ex communi statuum consensu statuendum esse, in eoque consensisse Electores: Verùm eo juri suo circa Capitulationem legitime acquisito, non derogatur penitus; formula enim perpetuæ Capitulationis ea quæ A. B. jam Electoribus, tribuit, ut Cæsar & Rex electus omnia quæ in posterum quoq; habituri sunt, confirmet, juxta supra allegatum *c. 2. §. 5.* auferre nequit. Qua propter Electores, licet formam perpetuæ Capitulationis concipiendæ concesserint Comitiiis, jus ad capitulandi non sine fundamento videntur urfisse. Ac si verò in territoriis suis nihil peculiaris præ cæteris Statibus Imperii haberent, quod nonnulli opinantur, fundamentum in Imperii Constitutionibus non habet. Licet in subditos qua tales non plus valeant cæteris, quia jus territorii tam in ecclesiasticis, quam Politicis in *Instr. Pac. Osnabr.* omnibus æqualiter fuit concessum: Ipsi tamen Territoriorum suorum ratione & plus possunt, & singularibus nonnullis gaudent. Ut taceamus jus eligendi quod territoriorum suorum vi habent: Jure de non appellando regulariter, & uti supra probatum, vigore A. B. fruuntur. Subditi eorundem nullo jure propriè evocantur, & duos Assessores Camerae quisq; eorum præsentat; Quæ Statibus Imperii regulariter non competunt. Non adducimus quod crimen læsæ Majestatis in eos ab omnibus Imperii subditis committatur: Secus quam de aliis statutum. Et prætervehimur multa alia quæ potentiam & potestatem Electorum inducunt omnino e-

H

ximiam.

42 ximiam Ne mireris vero Electores & Status Imperii ju-  
 ramentum ad minimum vasalli ligij Cæsari & Imperio  
 præstare, se velle treu / hold / gehorsahm und gewärtig seyn /  
 quod parum à subditorum obligatione distat : & solennia  
 in augurationis beneficiariæ seu investituræ ex vero non  
 esse moris, sed juris & necessitatis : Cæsarem ex debito  
 appellare Allergnädigster Kaysar und Herr / se verò dicere,  
 unterthänigste und gehorsamest : Ipsos criminis læsæ Majesta-  
 tis fieri reos, & in Comitibus posse proscribi ; & tamen nos  
 per Superioritatem iisdem tribuisse inter primas Europæ  
 potestates locum, nec libertate sanâ ratione illis esse infe-  
 riores asseruisse. Nam inconfesso esse remur, non nisi ad-  
 modum difficulter Electorem vel Principem Imperii Sta-  
 tum, contra Cæsarem & Imperium quid admittentem, re-  
 digi in ordinem ; Armari ad executionem contra ipsum  
 circulos, nec nisi justo exercitu eum cogi valere : Et sic  
 paucis verbis Deum & ensẽ tantum recognoscit Supe-  
 riorem. Deum conscientia ratione, quod injustè fecisse,  
 convincatur. Ensẽ quod non nisi vi in ordinem redu-  
 catur. Sed numne vim & jus quælibet Christianâ Pote-  
 stas timere habet ? Contra privatum quidem in morige-  
 rum etiam militari manu quandoque opus est. Sed quid  
 manus hæc judicis vel Magistratus ad exercitum, contra  
 25. Principem vel Imperii Statum exerendum ? Et inde est,  
 quod usu juris publici Cæsar & Imperium in personam  
 Electoris & Principis nihil valeant. Nunquam enim in Im-  
 perii Constitutionibus, præsertim novissimis, legetur, ex ul-  
 la aliqua ratione Principem Imperii capitis reum jure fie-  
 ri posse. Sed quæcunq; in eum statuuntur, bonorum &  
 26 subditorum suorum intuitu sunt. Nulli tamen exinde  
 juramentum reale aliquod agnoscimus : omnis quippe o-  
 bligatio subjectivè personam præsupponit, & juramen-  
 tum

tum præstans imperium suscepturum se promittit. Uti antea dictum, usus juris publici & imperii praxis eo fere modo Principes ab Imperio in personam proprie exemtit, quo Ecclesiasticas personas à Jctione seculari. Sic enim in *Art. 44. Capitul. Leopold.* ferè in fine pronunciat: Dem Juri Territoriali nicht nachtheilig seyn / und die ihme zugehörige / und in solchen Landen gelegene Güther / einen als den andern Weg unter voriger Landesfürstlicher Jurisdiction verbleiben. Non dicitur persona ejus Principis juri territoriali subjecta maneat, sed bona ibidem sita subdita maneant. Ex quo fluere arbitramur, quod Princeps in diversis territoriis aliorum Statuum bona possidere, & jura agnoscere possit: Imo, quod novissime Rex Galliaë quoq; concedebat, eos Principes & Status Imperii neutrarum partium esse censendos, qui bonorum suorum intuitu pro quota milites misissent, aliâ ratione tamen in partes non transissent. Quod si etiam personæ intuitu obligati fuissent, quâ ratione ab Imperio & Rege Galliaë bellum gerentibus neutrarum partium esse haberi voluissent. Sic liberum censerit, & tamen alii Regionis cujusdam intuitu juramento etiam ligio obstrictum esse, inter Principes hodie invaluit. Regum Daniaë & Sveciæ potentiaë & sublimitati non præjudicio est, eodem quo cæteri Principes & Status bonorum quorundam intuitu obligari. Caroli V. potestati nihil decessit, quod Neapolin & Siciliam à Pontifice feudi ligii titulo recognoverit. Si hi personæ intuitu non fuerunt obligati propter territoria ista, quorum nomine juramentum præstiterunt, quomodo Principes & Status Imperii, qui Regionum suarum intuitu se obligarunt von solcher Regalien und Lehnwegen &c. in persona obligari statuerentur? Jure Feudi acquirunt & tenent. pleriq; Regiones suas in Germania, sed jam liquet ferè

feudi titulum nec summæ potestati derogare, cum modus acquirendi, à modo rem acquisitam habendi, multum differat. Et quod Principes & Status Imperii ob nexum universalis Reipublicæ Germanicæ se Cæsari & Imperio universaliter considerato in certis membris submiserint, ultra limites & respectus submissionis extendi contra illos non potest. Exempla in contrarium, Johannem Fridericum Electorem durius à Carolo V. esse habitum, & quod quidam volunt, damnatum, & quæ alia in eam rem adduci possent, jure an injuria contigerint, acta publica attestantur. Ex Recesibus & Constitutionibus Imperii ægrè probabitur, Cæsari in Electorem tale quid licere. Et

28. si alia quædam exempla in medium producantur, quibus primi Cæsares severius in Principes Imperii quosdam animadverterunt, vel Seculi istius Status, planè nunc ab eo mutatus id ferebat, vel vi belli, cui omnis potestas subest, & nulla libertas resistit, contigit. Nec mirum id, quoniam subditi ipsi liberioris conditionis sunt, quam antea; nam quæ juris emigrandi ratione ipsis palam conceduntur hodie, antiquitus si non denegabantur, in controuersiam tamen ipsis vocabantur.

29. Quòd verò hodiè Principes & territoriorum Domini ad extraordinarios modos veluti ad extruenda fortalitia, sumtus in eorum excubias, ad salaria Assessorum Camerae, subditos in collectas vocent, contra eorum libertatem non est. Nam omnes subditi per supra dicta naturali ratione Principi & Superiori ad sumtus in dignitatem, Statum & onera Reipublicæ causa necessarios, etiam non consulti tenentur.

30. Quando verò pacta cum subditis inierunt, eadem sanctè meritò seruant, quod fidei humanæ admodum conveniens vel gentium jure reputatur, & in majorem cautelam *Instrum. Pac Osna-brug. art. 7. §. 1.* insertum est, verb: *salvis tamen pactis inter se &*

*se & cum subditis suis.* Quod etsi de rebus Ecclesiasticis sit conceptum, ob rationem tamen generaliter de omnibus pactis cum subditis intelligitur. Si verò ipsi subditi cum consensu Principis inter se iniissent pactum, & postea de inæqualitate, quæ ipsos invicem gravaret, conquererentur, Principi & conscientiæ & muneris ratione incumbit inæqualitati isti mederi, & præcavere, ne alterutri vel detrimentum, non adeò commodè revocabile, incurrant, vel succumbant penitus. Officii enim Principis vel gentium aut sanè ratione naturæ jure reputatur, ut juxta æquitatis normam omnes tractentur subditi: Quod Cæsar quoq; in *Capitul. noviss.* spondit *art. 1.* verb: *Damit sie in ihren etc.* Et de Romano Jure Censitori omni injungitur æquitatis rationem habere, ne quis præ altero etiam in casibus noviter emergentibus prægravetur *leg. 4. §. 1. ff. de Censib.* Sub ista clausula quippe, uti omnes contractus, sic & catastrosum receptum intelligitur: Nisi res suppositæ in alium statum quam tunc fuerunt, redigantur, vel sub clausula rebus sic stantibus *arg. leg. 38. verb: in eodem Statu ff. de solution. Mart. de claus part. 1. claus. 183.* Si itaq; e. gr. civitates provinciales cum iis qui equestri ordinis sunt, vel ipsæ inter se pactum iniissent, ut de collectis impositis quælibet earum determinatam summam reciperet, nec ullo modo contra istam gravaretur, postmodum verò aliquæ vel una saltem earum decrementsa civium vel proventum, unde onus exsolvendum, vel ob belli tempestates, incendi, fato, aut chasmatis vi sensisset, & sic apud Principem conquererentur de inæqualitate & iniquitate ex præsentis temporis Statu oriunda; Principis esset, non obstante pacto, vel etiam à se confirmato aut juramento paciscentium validato, causam ad æquitatem reducere, per rationes dictas, & eas quas adduxit *Francisc. de Clep part. 2. decis. caus. 87. qu.*

31. *unic. verb. quibus rationibus sic statutum &c.* Quamvis enim civitates provinciales singulæ sua bona sibi habeant propria, & civium quoque res Principum non sint, & ideo fortè videri possit, sicuti regulariter earum rerum administratores non Principi, sed superioribus suis in civitate ad rationes reddendas tenentur *Nicol. Eberhardi volum. 1. consil. 30. n. 20.* ita Principem quoq; pactis semel super rebus istis inter se initis non posse modum statuere, sed ut ferventur præcisè pacta, vel officio, aut manu cogere. Verum, quoniam ea ratione civitatibus nihil præjudicatur, sed iniquitas ad æquitatem, quæ omnis societatis servandæ mater est, redigitur, idq; ut supra assertum, & conscientiæ & muneris ergo incumbit Principi, merito uti decisum, Princeps querelis subditorum medetur, & in talem Statum, ut omnes subsistere possint, reducit. *Arg. d. leg. 4. §. 1. ff. de Censib. & leg. 4. Cod. eod. Matth. Stephani de Jctio- ne part. 2. c. 2. n. 172. Besold. part. 3. consil. 1. n. 27. Klock. volum. 3. cons. 148. n. 49. vers. wenn alle &c. Heig. part. 1. qu. 20. num. 4.* Hisce Principibus & Territoriorum Germaniæ Dominis, uti initio hujus capituli innuimus, Orbeda debetur regulariter, nisi cesserint vel transtulerint eam in alios; quemadmodum enim vectigalia & Regalia alia in alios non raro transferri solent, sic etiam Orbetham alios possidere 32. praxis edocet. Eam in rem deprehendere est, Feudi, em- 33. ptionis & venditionis, Hypothecæ jure & similibus modis aliis non paucos Nobiles & civitates Orbetham acquisivisse, de quibus tamen singulatim quædam recensere, quod præter propositum Capituli materia increverit, nunc prohibemur, & ad Cap. IV. de Juribus Orbethæ nos conferre jubemur.

## CAPUT. IV.

De Juribus Orbethæ seu Orbedæ.

## CONSPECTUS.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. <i>Quomodo Auctor Orbedæ jura transferatur sit.</i></p> <p>2. <i>Prius ejus membrum remedia quibus Orbedam consequi soleant superiores, continet.</i></p> <p>3. <i>Quenam sint communia remedia executiva pro consequendis collectis &amp; tributis.</i></p> <p>4. <i>Hec etiam pro consequenda Orbedæ dantur.</i></p> <p>5. <i>Quod autem cuius loco convenientissimum, seligendum.</i></p> <p>6. <i>Quenam convenientiora remedia in hisce locis videantur.</i></p> <p>7. <i>Remedia ista executiva dantur quando constat Orbedam deberi, secus quando illam deberi liquidum non est.</i></p> <p>8. <i>Sed ordinariè est procedendum.</i></p> <p>9. <i>Afferti Ratio.</i></p> <p>10. <i>Immemoralis temporis lapsus &amp; intra id non facta solutio, haud liberat à prestatione Orbedæ.</i></p> <p>11. <i>Decisionis Ratio.</i></p> <p>12. <i>Non obstat Recessus Imperii de Ao. 1548. §. 6.</i></p> <p>13. <i>Respondetur dubio.</i></p> | <p>14. <i>Singulorum annorum præstatio verò præscriptioni subjacet.</i></p> <p>15. <i>An Moratorium Rescriptum à Cesare vel Principe territorii universitati datum, executionem ratione Orbedæ impediatur.</i></p> <p>16. <i>Negatur.</i></p> <p>17. <i>Negationis Rationes.</i></p> <p>18. <i>Num ratione restantium Orbedarum executivè procedi possit, disquiritur.</i></p> <p>19. <i>Ponitur exemplum.</i></p> <p>20. <i>Respondetur affirmativè &amp; adduntur Rationes.</i></p> <p>21. <i>Referuntur posterius membrum hujus Capitis &amp; privilegia de Jure Romano collectis &amp; tributis competentia, quæ regulariter Orbedis quoque competunt.</i></p> <p>22. <i>Quenam privilegia habeat in Marchia Brandenburgensi.</i></p> <p>23. <i>Illaque jura cõpetunt, si ipsive Principes vel territoriorum Domini recipiant Orbedam, seu eam percipiendam concesserint aliis.</i></p> <p>24. <i>Nam &amp; Nobiles titulo feudi, &amp;</i></p> |
|--|---|

uni-

- universitates alio titulo Orbedas  
acquisiverunt.
25. Sed si jure anticbretico in perso-  
nas privatas vel universitates, aut  
jure permutationis transtulissent,  
num eo jure gaudebunt.
26. Affirmatur & simul respondetur  
dubis.
27. Si in loco aliquo Orbeda ex adi-  
ficiis solveretur, & aedificia ista es-  
sent extincta, vel integra univer-  
sitas periisset, durante desolatio-  
ne Orbeda non exigeretur.
28. Asserti Rationes.
29. An pro restantibus Orbedis usura  
exigi valeant.
30. Recensetur dubium.
31. Negatur tamen cum distinctione.

I. **D**E Juribus Orbedæ acturis nobis incumbere vi-  
detur, curatius paululum distinguere, inter reme-  
dia quibus in casum non solutæ Orbedæ Magi-  
stratus vel Superior ad eas consequendas proce-  
dere valet, & privilegia seu jura singularia, quibus ipsa  
Orbeda inter alia debita ab obærato debitore gaudet. Pri-  
oris membri intuitu communia cum aliis oneribus & col-  
lectis habere videtur remedia vel jura. Sunt autem de ju-  
re communi ad tributa & collectas aliaque onera conse-  
quenda remedia plerumq; executiva concessa. Ut est ca-  
ptio pignorum pro rata debiti, & nisi intra præstitutum  
tempus reluatur, distractio *leg. 1. & 2. Cod. de capiend. & di-  
strahend. pignor. tributorum causa* ut pro re nata res ipsa pro  
quâ collecta debetur, ejusq; fructus pro quantitate one-  
ris sub hasta modo recepto distrahantur. *Leg. fin. Cod. sine  
censu vel reliq. leg. 1. & 2. Cod. si propter publicas pensitationes  
vel fructus sequestrantur, usq; dum solutio fiat intra sta-  
tutum diem, l. qui C. de si conv. fisci debet. 2. indictione mulctæ  
vel sub mulctâ intra certum tempus exsolvendæ exigun-  
tur Gail. lib. 1. observationum 52. n. 20. vel 3. manu militari e-  
xiguntur novell. 17. cap. 4. §. 2. vel 4. proterve tributa ne-  
gantes carcere adigi possunt leg. 2. Cod. de exactor. tributor.  
Klock. vol. 1. cons. 28. n. 462. & seq.* Hæc remedia omnia pro  
con-



CAP. IV. DE JURIBUS

65

consequenda Orbdea concessa esse nulli dubitamus. Verum quoniam supra dictum moribus Orbedam vel à singulis possessoribus deberi vel cum universitatum curiæ eas superioribus exsolvendis susceperint, ex ærario curiarum exsolvi, utrum remedium vel consuetudine receptum, vel cuiq; loco convenientissimum, expendendum est. In 6. his ubi degimus regionibus receptissimum deprehendimus, vel captione pignorum pro rata, vel manu militari eas exigi *arg. d. leg. 1. §. 2. Cod. de capiend. & distrab. pignor. tribut. causa & d. novell. 17. cap. 4. §. 2.* Eumq; in modum non solum ubi singuli debent, sed ubi universitates ad eas exsolvendis obligatę sunt, procedi. Attamen intellectum, 7. modum istum executionis volumus, quando ex æstimo vel alia ratione constat, à loco aliquo Orbedam deberi: ubi verò ex catastro aut æstimo, vel ex alia ratione non liquidum, Orbedam deberi, vel lis fortè super ea pendeat, contra talem locum, vel tales cives executive non posse procedi, sed ordinariè ad liquidum inducendum esse agendum opinamur *Magon. decis. florent. 66. n. 28.* Sicuti enim in cæteris pene omnibus ab executione initium fecisse odium habet, ita quoque in materia collectarum & onerum publicorum, qua non constat eadem deberi. *Colerus de process. execut. part. 3. cap. 2. n. 37. Gylman. rer. judicat. lib. 2. decis. 51. n. 54. & tom. 4. supplic. Cameral. Imper. part. 1. v. 3. n. 63.* Quando vero contingeret ex æstimo vel ex regi- 10. stris publicis constare, universitatem aliquam, vel ejus curiam debere Orbedam, eamque aliquoties exsolvisse, immemorialis temporis lapsu autem non appareret vestigium, quod eam præstitisset, solo lapsu temporis nostro iudicio non esset immunis à via executionis, vel ne executive contra eam procederetur. Sicuti enim ex Jure com- 11. muni Romano-Cæsareo patet, in negativis solo lapsu an-  

I

norum

es-  
 vers  
 io-  
 sio  
 ne.  
 vi-  
 ne  
 gi-  
 e-  
 sa  
 ri-  
 ol  
 u-  
 e-  
 a-  
 m  
 di-  
 ro  
 e-  
 ne  
 nes  
 ta-  
 tæ  
 n-  
 e-  
 ne-  
 or.  
 ro  
 on-

norum non firmam esse præscriptionem, nisi à tempore contradictionis, ita maxime in materia hac tenet. *Brun. 12. conf. 33. num. 8. Klock. d. volum. 1. conf. 28. num. 230.* Constitutum quidem est in *Recess. Imper. de Anno 1548. §. 56.* Wenn aber ein Ausgezogener verb: daß er in Menschen Gedächtnuß / propter immemorialis temporis immunitatem fiscum non posse executive procedere, contra eos qui exemptos se  
 13. volunt: Sed loquitur is §. de oneribus extraordinariis, nos vero hic versamur in casu muneris ordinarii, quod certam, annuam, & uniformem præstationem habet, & uti supra dictum, Principibus in recognitionem Superioritatis, & compensationem tutelæ ab ipsis acceptæ datur, sicq; non magis in territoriis Satuum Imperii præscriptioni subjacet, quam olim quæ in signum universalis alicujus Domini debebantur Cæsari per *leg. 6. Cod. de prescriptione 30. vel 40. annorum.* Postquam enim Superioritas, & jus Territorii Principibus & Statibus Imperii à Cæsare conceditur, omnia quæ in Romano Jure pro juribus eminentibus & regalibus Cæsari largiuntur, ad illos quoque usu juris publici extensa sunt. *arg. artic. 3. Capitulat. Cesar. Leopold. verb. Wegen Hoher Landesfürstlicher Obrigkeit oder sonst hergebracht.* Executive itaque non obstante immemorialis temporis spacio ad Orbedam consequendam procedi potest. Sed quoniam assertum, muneris ordinarii vices Orbedam habere, eamque in annua uniformi præstatione deberi, non obstante *d. leg. 6. Cod. de prescriptionib. 30. vel 40. annorum* illam annuam pensionem quæ immemorialis temporis spatium attingit, præscriptione tali deleri, reliquas vero quæ spatium non attingunt, omnino debitas esse, & jus percipiendi & exigendi Orbedam in genere nullo modo auferri verius est. Sed si civitas vel etiam integra Germaniæ Regio moratorio aliquo

aliquo  
 mor  
 um  
 to  
 etia  
 gior  
 ad  
 jure  
 rum  
 bian  
 bent  
 nec  
 effe  
 tribu  
 senti  
 rum  
 ratio  
 fisset  
 ne p  
 & de  
 dem  
 bus  
 senti  
 quip  
 tribu  
 trisq  
 evinc  
 tract  
 jure  
 gaud  
 lia.

aliquo Rescripto ad certum tempus munita esset, quemadmodum Palatinatus inferior ob belli calamitates ad vicennium tale impetraverat, vigore specialis alicujus rescripti *de dato Prag. die 18. Maji 1654. §. nach dem mal aber bey uns ic. num* etiam executio ratione Orbedæ, si illa adhuc in illis regionibus teneret, **exigi valeret?** Moratorium rescriptum <sup>16</sup> ad Orbedæ præstationem se non extendere arbitramur: **De** <sup>17</sup> jure quippe Romano nec ob cautionem moratoriam tributorum executio differenda est *leg. 5. §. fin. ff. de Censib. & quoniam* ob necessitates Principi vel territorii Domino incumbentes introducta est, male cum publico bono ageretur, si necessitates ad moratorii rescripti eventum comensurandæ essent. *Klock. volum. 1. cons. 28. n. 36.* Opinantur quidem ob <sup>18</sup> tributa præterita non posse agi executive, sed tantum ob præsentia, & sic Dd. sentire communiter, quod intuitu præteritorum talis necessitas non urgeat, dum publico id temporis alia ratione fuit provisum. **Ast** si interea Princeps mutuo sum- <sup>19</sup> fisset, vel publico laboranti ad tempus de suo succurreret, ne per una vice exigendam summam nimiam succumberet, & deinde temporis intervallo præterlapso egeret, **Nonne** ea- <sup>20</sup> dem necessitatis species urget? Putamus omnino, & in talibus præstationibus æquè ratione præteritarum quam præsentium executive procedi valere. *L. 4. §. fin. ff. de Censib.* quippe generaliter disponit; nec inter præterita & præsentia tributa distingvit; Ratio quoque necessitatis publicæ in utrisque militat, nec textus à *Klock. cit. loc.* allegati contrarium evincunt. Hæc de primo hujus capituli membro hac vice tractasse sufficiat. **Quantum** ad alterum, Orbedam eodem <sup>21</sup> jure & prærogativa inter creditores valere autumamus, quo gaudent tributa, collectæ & pensationes publicæ aliz. **De Jure Romano** constat, omnia onera ordinaria cau-  

12 sam

causam perpetuam & annuam præstationem habentibus Schoß / Steuer / vel extraordinarias collectas in bonis & prædiis tacita Hypotheca cum prælatione esse munitas, & immediatè sumtus funebres in concursu creditorum exsolvi. *Arg leg. 1. Cod. si propter public. pensitat. leg. 4. Cod. in quibus causis pignus vel hypoth Carpzov. pari. 1. Constitut. 28. desin 47. Richter. de jure & privileg. creditor. cap. 2. membr. 5. n. 3. & 4.*

- 22 In Marchia Brandenburgensi, sicut i contributiones & census ordinarii vulgo Schoß / quarum pensitationum nomine dubio omni procul Orbeda venit, & usu & praxi inter eas censetur, ita & hic omnibus creditoribus etiam jus separationis habentibus præfertur §. 29. *Rec. provinc. March. de A. 1653.* & si variorum nominum præstationes, Schoß / Orbeda, contributiones extraordinariæ in specie sic dictæ &c. concurrerent, nec bona debitoris sufficerent, abirent in tributum juxta *Recessum oder neben Recess ejusd. Ann. i. e. pro rata debiti cuiq; prælationi iuxta quadam proportione assignaretur.*
- 23 Hocq; obtinere opinamur, si ipsi Principes & territoriorum Domini percipiant Orbedam, si titulo feudi, aut alia ratione inferioribus cesserint magistratibus, argumento eorum quæ adducit *Richter. cap. 2. Memb. 5. u. 6.* Sic enim quod supra jam adductum exempla reperiuntur, quibus nobiles de Orbedis in certis locis investiti sunt. Ast si territoriorum Domini privati personis vel etiam universitatibus quibusdam pro mutuo sumptis pecuniis hypothecæ dedissent cum constituto possessorio, vel etiam jure antichretico in eas transulissent, vel pro certa pecuniæ summa permutassent, num in concursu creditorum eo jure fruerentur? *Klock. dict. volum. 1. Consil. 28. num. 254.* arbitratur quidem Regalia aliis cessa indolem & naturam suam amittere: Sed primo id saltem relativè supponit, non ex anim sententia, per  
verba

verba: *Wiewol etliche dafür halten.* Deinde ex veriori sen-  
 tentia si is qui collectas prædio inherentes solvit, id prædi-  
 um vendere ac succedere in jus Filci potest per *leg. 52. ibiq.*  
*Dd. ff. de actonib. empt. D. Brunnemann. in Commentar. ad*  
*ff. Franc. de Clapperiis part. 1. Decis. 48.* Cur non univer-  
 sitas vel priyatus eodem jure in concursu creditorum frue-  
 retur, qui à Principe vel Territorii Domino justo pretio  
 Orbedam integri alicujus loci redemisset, vel permutati-  
 onis jure recepisset, aut emisset? ut sic, præsertim si ces-  
 sio ista cum omnibus juribus facta fuerit, nulli dubitemus,  
 quin in sententia prioritatis aliis oneribus publicis debito  
 fruatur. Verum si v. g. Universitati alicui maximam par-  
 tem incendium passæ tantum non superesset, ut nec ex  
 parte sibi sufficeret, ratione domum exustarum, si ædibus  
 Urbada ex consuetudine imposita, illa jure non exige-  
 retur. Nam sic Orbeda deberetur propter utilitatem  
 ædificii, quod dum cessat, nec pensio inde debita justè  
 exigeretur *argument. leg. 1. in fin. Cod. de jure Emphyteutic.*  
 De Usuris Orbedarum restantium disquiri posset, cum ho-  
 die ex mora semper debeantur usuræ, *argument. Recess. Im-*  
*per. Ann. 1600. §. So viel nun.* An si Princeps vel territorii  
 Germaniæ Dominus pecunias sub usuris ab aliis mutuo sum-  
 sisset, ut necessitatibus publicis consulere, universitas  
 quoque ista ad usuras Domino propter restantes Orbe-  
 das teneretur? Ast quoniam difficultas à mora ex-  
 cusat *leg. 17. §. si pupillo ff. de usuris* & Universitas ista cala-  
 mitate temporum omnino eguisset, ad usuras contra eam,  
 neminem posse experiri juri convenientius est; Sicuti si-  
 milibus rationibus intuitu restantium collectarum in Juri-  
 dica Facultate Francofurtensi fuisse responsum refert *D.*

Brunn-

*Brunnemann. centur. 5. Decif. 94. num. 5.* Sic Exercitationi  
de Orbedis Colophonem imponimus, ejus Divi-  
ni Numinis gratia, cujus auspicio or-  
diebamur; Huic, Gloria sit in  
æternum!

F I N I S.



ni

789.




QX TT 320

M

YONA





Faint, illegible text from an old document, possibly a manuscript, visible through the paper. Some words like "STATI", "AMTIOVER", "HICARUM", "BEN", "OMNIFER", and "DIE" are faintly discernible.



gis  
inc  
voc  
ftet  
gni  
len  
in  
me  
qua  
gno  
col  
est  
effa  
lau  
tia  
no

